TOTIVS

ORBIS TERRARV

egionum, Ciuitatū, luuiorū, Montiū, Syluarū

uis genuinis nominibus expressis

curata DESCRIPTIO



LEODY
Apud Petrum Eller Bibliop
1643

RPJCB

ADMODVM
REVERENDO
DOMINO
PHILIPPO
A VOVRENDAL,
SS. THEOL. LIC.
ET
PASTORI IN HOMBRICH
Vigilantissimo Domino, & Cognato meo plurimùm colendo.

BReuem hanc totius Orbis terrarum ADMODVM REVERENDE DOMINE COGNATE, sed accuratam

Descriptionem tibi DO *&* DEDICO, *tũ ob beneuolum quem erga me geris animum, tũ ob arctũ sinceræ cognationis vinculum quo ligati sumus. Scio te in omnibus liberalium artium studijs versatissimũ esse: Theologiam omniũ scientiarum matrem (hæc pertinet ad Pastorale tuum munus quod maxima cũ laude, & ouium tibi cõmissorum summa vtilitate & commodo geris) prætereo: verum in historijs*

ſtorijs & peruolutione veterum anteactorum & geſtorum monumentis multum dilectaris, & ſi quid temporis in vigilãti tuo Paſtorali officio ſupercſt, id in ijs perluſtrãdis laudabiliter impendis. Quapropter ſpero tibi opuſculum hoc ad explicationem hiſtoricã accõmodatiſſimam, gmtiſſimum fore, quamuis ſuccinctum & paruulum ſi magnitudinem amplitudinemq; materiæ ſpectes, appareat: & dices

me impoſsibile quid attentare, quaſi magnum Oceanum in paruulam foſſam conſtringere, & abſcondere vellem; vel fortè mihi obijcies Philoſophorum Anteſignani Ariſtotelis dictũ, aiunt eum vice quadam in Biblia ſacra incidiſſe, cũq; legeret, IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS CAELVM ET TERRAM, ET CVNCTA ERANT VALDE BONA. *Ilicò proiecto libro alta voce inclamaſſe:* HIC HOMO MVLTA DICIT SED PAVCA

PAVCA PROBAT. *Verum enim verò ſtabit penes te Iudicium & Cenſura, licet Poëtarum vnus canat:*

Obſcurus fio dum breuis eſſe volo.

Attamen notiſſimum eſt ingenioſos Geographos totam hanc terrarũ molem & vaſtiſſimum maris ſpatium, cum adiacentibus Inſulis, Syluis, Mõtibus in paruula tabella luce clarius nobis præ oculis oſtẽdere. Quare ADMODVM RE-

VEREN-

VERENDE DOMINE PASTOR *hãc grati animi mei significationẽ beneuolè suscipies; scis enim totam Homeri Iliadem nucleo inclusam Artifici suo nõ exiguam apud Mœcenatem suum gratiam peperisse. Vale, & vt Nestoreos superes annos exopto. Dabam Leodij 20. Ianuarij, Anno Salutis 1643.*

Admodum R. V. humillimus seruus & Nepos,

PETRVS ELLER.
Bibliopola.

TOTIVS ORBIS TERRARVM; REGIONVM, CIVITATVM, FLVVIORVM, MONTIVM, SYLVARVM,

Suis genuinis nominibus expreßis, accurata Deſcriptio.

ORBIS vniuerſus etſi nondũ percógnitus, nunquam tamen æquè luſtratus fuit, atque nunc eſt. Veteres

enim Geographi Græci, Latiniq́ue,& qui ab ijs ſitum Orbis didicêre,Poëtæ, Oratores, Hiſtorici, eas tantùm Terras deſcripſêre, quas norant, quaſque iudicabant eſſe habitabiles. Nos, multorum ſæculorum ac plurimorum hominum experientia edocti, multa ipſis profitemur incognita : & quas illi Orbis Regiones crediderũt vel ob æſtum, vel ob frigora deſertas, eas nos multis locis incoli ſcimus. Partes eius alij pauciores, ego ſex pono : Arcticam, Antarcticam,

Euro-

Europam, Africam, Asiam, & Americam.

1. AD ARCTOAM pertinent 1. Regio Suppolaris incognita, 2. Groenlandia, *Groenland*, 3. Spijsbergia siue *Nieuland*, 4. Islandia, *Island*, quæ nunc subiecta est Daniæ, & Noruegiæ Regi. 5. Noua Zemla, cum Mari Hyperboreo, & fretis duobus, Waygaz, & Dauis, quorum illud est Orientalius, hoc magis in occasum vergit. Illo Batavi, hoc Angli fretum Anian adsequi, & in Indiam penetrare, nostra memoria,

quamuis irrito hactenus conatu, aggressi sunt. Nec desunt, qui fretum Anian omnino esse negent, terrasque Asiæ & Americæ dicant esse cõtinuas, quos, quia experientię testimonio refutare non possumus, in medio relinquemus: illud contenti monuisse, *Groenlandiam*, quæ ad gradum LXXX. latitudinis accedit, gramina gignere herbasque virentes, à quibus & nomen accepit, & si Nicolao Zeneto (qui anno M.CCCC. LXXX. varijs iactationibus in vicino mari agitatus

tus est) credimus, continua hyems est nouẽ mensium, quo toto tempore ibi non pluit, neque ineuntis hyemis niues vnquam ante eius finem dissolùuntur, gramini tamẽ innoxiæ sunt. Insignes enim hîc graminis & pabuli prouentus; mira item pecorum & lactariorum copia, ob illam pabuli insignem vbertatem: Duæ autem tantùm habitationes in *Groenlandia* nobis notæ sunt; Alba, & S. Thomę Cœnobium Ordinis Prædicatorum, & non procul ab eo est Mõs

igniuomus, ad cuius radices aquarum perenniũ fons, cuius candentibus aquis non ſolùm omnia illius Monaſterij habitacula, hypocauſti inſtar calefiunt : ſed etiam panis & cibi nullo alio adhibito igne excoquuntur ; ijdem fontes hortos vicinos tepefaciunt, ita vt vario florum, herbarumque genere perpetuò rideant. Proximus etiã maris tractus harum aquarum benignitate nunquam congelatur, ſed piſcibus hominibuſque perpetuò patet. Inde hîc tantus aquatilium,

tilium, piſciumque, ex frigidioribus locis concurſus, vt non ſolùm hi Monachi, ſed circumuicinæ etiam accolæ, ſuauiter vnde viuant habeant. E contra verò *Noua Zemla* Inſula hæc, hoc noſtro tempore denuò innoteſcere incipit, idque Anglorum auſpicijs, eſt ſita ſub gradu 76. ſumma hîc inclementia aëris, atque intolerabile & intenſiſſimum frigus. Regio deſerta, ſterilis, rigida, moleſta: In hac nec frondes nec gramen creſcit, in hac etiam nulla animalia prę-

ter carniuora reperiuntur, quales Vulpes & Vrſi, quorum non tantùm in hac Inſula, ſed in pleriſque Regionibus Septemtrionalibus, magna copia eſt. Sunt & belluæ marinæ, quæ vaſto corpore, bouiſque magnitudinem excedentes *Walruſſchen* vulgò dicuntur: os habent leoninâ ſpecie, pellem villoſiorem, quatuor pedes, duos dentes ex oris parte ſupernâ prominentes, planos, duros, candentes, vt elephantinis precio non cedant.

II. AD ANTARCTI-

CAM

CAM referendæ sunt vastæ illæ Regiones, quæ Polo Australi subiectæ, longè latèque inde extenduntur per tres Zonas, Frigidam, Temperatam, & Torridam: commendabiles non tantùm prædicatione Petri Ferdinandi de Quir Hispani, qui tractum illum magna parte ipse lustrauit: sed etiam cœli solique constitutione, terrarumque amplitudine; æquant enim Europam & Africam simul sumptas.

III. EVROPA multo quàm Africa aut Asia cõ-

tractior, iam inde à Macedonibus & Romanis sedes Imperij fuit; post Christum verò natum, domicilium quoque Orthodoxæ Fidei. Patet ab Austro in Boream ad CCXXV. leucas maiores. A freto autem Gaditano ad Tanaim, hoc est, ab occasu in ortum DCCL. Circũscribitur Oceano Septentrionali, Athlantico, Mari Mediterraneo, Hellesponto, Propõtide, Bosporo Thracio, Ponto Euxino, Bosporo Cimmerio, Mæotide, Tanai, & linea quæ à Tanais flexu por-

porrigitur ad ostiũ fluminis Obij. In ea hodie dominantur varij. Insulas Britãnicas regit Carolus, filius Iacobi Stuarti, qui primus Scotiæ Regnum Angliæ Regno iunxit. Hispaniam tenet Magnus Philippus IV. Philippi III. filius, Philippi II. nepos, Caroli V. Imperatoris abnepos. Gallia subiecta est Christianissimo Regi Ludouico XIII. Henrici Magni filio. Germania Imperatorem habet Ferdinandum Austriacum, cui vxor Catholicissimi Regis soror. Norvegia &

Dania subiectę sunt Christiano IV. Frederici filio. Sueciam habet Gustauus Caroli filius, qui pulso ob Religionem Catholicam Sigismundo Rege ac nepote suo, Ioannis Regis filio, ipse regnum inuasit, & filio suo Gustauo reliquit, qui vnà cum Pappenheimio in truculento conflictu prope Lutzen cum 9000. militibus anno 1632. 5. Nouembris cecidit. Poloniæ & Lithuaniæ prœest Sigismundi filius, quem Sueciæ regno à Carolo Patruo exutum diximus. Hungaria,

garia, Bohemia, Dalmatia, Croatia, & Sclauonia Imperatori ſubſunt. Græciam, Thraciã, Bulgariam tenet Turcarum Imperator. Viciniores Aſiæ partes habent Ruſſus & Tartarus.

RELIGIO per Europam alibi Catholica eſt, alibi Hæretica & Apoſtatica. Catholicæ Eccleſiæ caput eſt Romæ, ſucceſſor B. Petri, Vrbanus VIII. pietatis & eruditionis decus, cuius inter primas laudes meritò ponendum eſt, quod litteris amorem ſtudiumq́;

Fran-

Francorum coniunxit, ſicut de Vrbano III. loquitur Froiſſardus. Catholici cum eo ſunt, eiuſque, vt veri Paſtoris vocem agnoſcunt, in Gallia, Rex Chriſtianiſſimus, Filius Eccleſiæ primogenitus, quem idcircò primo loco cõmemoro. In Germania Ferdinandus III. Imperator; in Hiſpania, Philippus Rex, qui etiam in cæteris ſuis ditionibus nullam Religionem præter Catholicam admittit. Notent hoc non tantùm aliqui Reges & Principes, verum etiam Magni Purpurati.

purati. Sunt præterea Catholici omnes Italię Principes; adhæc, Duces Sabaudiæ, Lotharingiæ, Bauariæ, & Electores Imperij Ecclesiastici.

In Magna Britannia viget adhuc Caluini secta, non quidem ad Puritanorum formulam, siue eorum qui cum doctrina ritus quoque Ecclesiæ damnant: sed ad normã eorum qui fidem habent Geneuensium, ritus Catholicorum: multum tamen sibi de præclara Regis Caroli indole pollicentur omnes boni: augetque

getque ipsorum spem cõiugium cum sorore Christianissimi Regis, bonis auibus contractum : sperant enim vouentque, & matris, & auiæ, summarum Heroinarum, & vxoris diuinis virtutibus, fideique singularis exemplo, ipsum quoque Regem ab infami errore per Christi gratiam in viam veritatis & vitę reuocandum esse, cum summa sua gloria, egregio Regni sui firmamento, & gaudio totius Ecclesiæ : deprehensum est enim ipsum haud ita pridẽ benigniùs

Catho-

Catholicos habere cœpisse. Sed nostra hęc vota sunt. In Scotia plerique adhuc ad Puritanos magis accedunt. In Hibernia, si vim adimas & minas, omnes Catholici sunt. In Dania, Suecia, Noruegia, Lutherani sunt; sed serpit clanculum virus Caluinisticum. In Polonia & Lithuania Rex & plerique Proceres cum Clero & infinita manu Nobilium, aliorumque Ciuium & Rusticorum turba, sunt Catholici; cæterę Religiones, vt sunt, Lutherana, Caluinistica, Ariana,

Ariana, Samosateniana, Anabaptistica, tolerantur & exercentur palam, ne ipsa quidem Iudaica excepta. Bohemia habet Catholicos, sed etiam Hussitas, Valdenses siue Picardos, Lutheranos, Caluinistas, Iudæos. Morauia præterea etiam Anabaptistas, quos superioribus annis Imperator Ecclesiæ militans subuertit. In Belgica, siue inferiore Germania, Prouinciæ quę Hispanorum Regi parent, sunt omnes Catholicæ; quæ verò ab ipso secesserunt, delato ad Ordinum

dinum ſtatum iure ma-
eſtatis, mutarunt quo-
que publicè Religionem,
eamque euexerunt, quæ à
Catholica quàm longiſſi-
nè recedit. Viget ergo
llic, pro hoc tempore
Caluiniſmus, & quidem
ad formulam Gomariſta-
um, damnatis nuper in
Dordrechtano concilia-
bulo Arminianis, quorum
niniſtri etiam oppreſſi,
, vel finibus eiecti, vel
n carceres concluſi ſunt.
Catholici tamen, Luthe-
ani, Anabaptiſtę, Ariani,
amoſateniani, Bruniſtæ,
ſiſque adeò Iudæi, ſub
ſpecie

ſpecie libertatis tolerantur; ſed minus omnibus Catholici. Verẽtur enim, ne, ſi ſublato Religionis diſſidio priſcam illam & Catholicam publicè euehant, paullatim videantur ad Hiſpaniarum Regem, cum quo implacabile odium exercere cupiunt, accedere. In Heluetia Pagi quidam ſunt Catholici, vt Lucernenſis, Tugienſis, Suitenſis, Vndervvaltenſis, Solodurenſis, Friburgenſis, Vrienſis; quidam Caluiniſtici, vt Tigurinus, Bernenſis, Baſileenſis. Habẽt autem

autem hoc propriũ Cal-
iniſtæ, vt ſtatũ, in quem
rrepſerunt, euertant, ne-
que ante conquieſcant,
quàm ipſi rerum potian-
ur. Irriſores, turbulenti,
actioſi, diſputaces, ingra-
i, arrogantes ſupra quam
ici aut credi poteſt, ho-
tes Catholicorum iura-
iſſimi, quiq; non tantùm
ſi nihil conferunt ad re-
ellendam imminentem
Chriſtianorum ceruici-
us Turcarum vim; ſed
tiã motis inteſtinis diſſi-
ijs, belliſque impediunt
lios Reges id conantes,
uin & opes vireſque ip-
ſorum

ſorum à communi hoſte auerſas in mutuam Chriſtianorum perniciem cōcitant. Atque hoc ipſis eſt reformare Eccleſiam. In Turcia ſunt Mahumetani & Græci Schiſmatici; quidam tamen etiam Catholici. In Ruſſia Græci, Armenij & Pagani.

OPES Principum ex annuo ipſorum prouentu æſtimantur. Hiſpaniarum Regis prouentus quos ex ſuis ditionibus colligit, ſunt innumerabiles; ideòque eos computare nullus Arithmeticus facilè tentabit. Francorum Rex

xx. milliones auri cre-
itur excedere. Rex Ma-
næ Britanniæ, qua-
uor; Poloniæ, tres:
andundem Venetiarum
Dux; Pontifex vnum
um dimidio; Hetruſcus,
uos; Sabaudus, vnum;
otharingus, dimidium
ius. Rex Daniæ, du-
enta millia Coronato-
um; Sueciæ tantumdem.
n Germania Imperium
onfert ſuo Imperato-
i ſex milliones auri: va-
et autem millio decies
entena millia Corona-
orum.

LINGVAE per Euro-
pam

pam præcipuæ ſunt tres: Romaniſmus apud Italos, Gallos, Hiſpanos. Teutoniſmus apud Heluetios, Germanos, Bauaros, Suecos, Noruegos, Danos, Anglos, & pleroſque Belgas. Sclauoniſmus in Sclauonia, Polonia, Bohemia, Hungaria. Habent autem ſingulæ Regiones in ſua lingua diuerſas iterum dialectos. In quibuſdam verò locis linguę audiunturquarum nullum eſt cum cæteris commercium, vt in Britannia, Armorica, Nauarra, &c.

INSVLAE BRITANNI-
CAE ſunt plures, minores
quidem ORCADES vul-
gò *Orckney* XXX. plus mi-
nus, Inſulæ modicis inter
ſe diſcretæ ſpatijs, harum
omnium præſtantiſſima
Pomonia Epiſcopali Ca-
thedra celebris à Solino
POMONA *Diutina* ob diei
prolixitatem: vocata ho-
die *Mainland* incolis; ſer-
pens in eis nullus aut ve-
nenoſum animal. His
proximè HEBRIDES In-
ſulæ vulgò *VVeſterne Iles*,
id eſt, Occiduas Inſulas
numero XLIIII. Maiores
verò duæ Hibernia &

Albion ſiue magna Britannia : iuxta quas ſitæ ſunt Inſulæ Mon, *Angleſey* vectis à Gallico littori appoſitæ *Ierſey* & *Garneſey*; in quibus vocibus vltima ſyllaba *ey* Inſulam ſignificat.

HIBERNIA incolis *Erin*, Britannis, *Yuerdhon*, Anglis, *Ireland*, veterum Scotia eſt, lacum præcipuum habet Ernenſem *Erno* cui vicinum eſt purgatorium Patricij, hic lacus qui xxx. mille paſs. in longitudine, & xv. in latitudine diffunditur; ſyluis opacis coronatus, &

adeò

adeò piſcoſus, vt Piſcato-
res nimiam frequentiùs
piſcium copiam, retiũque
rupturas potiùsquàm de-
fectus conquerantur: Flu-
minibus item egregijs
cinditur & rigatur Inſu-
a; Auenlifius Dubel *Du-*
lin perfluẽs Boandus per
Mediam, Banna per Vl-
oniam: per Connaciam
Linnus, & Moadus per
Kenel-cunilliam, Slich-
eiam, & Samairam:
Moadarnus verò & Fur-
us per Kenelconiam &
lia plurima. Inter om-
ia verò flumina Hiber-
iæ Sannouius vel Syn-

nenus nõ immeritò prin-
cipatũ obtinet. Habet Hi-
bernia in vniuerſum Co-
mites triginta tres: Archi-
epiſcopos quatuor, Ar-
machiẽſem totius Hiber-
niæ Primatem: Dubli-
nenſem Hibernię Prima-
tem, Caſſilienſem & Toa-
menſem, & hi quatuor
viginti nouem Suffraga-
neos habent.

MAGNA BRITANNIA,
cuius ſitum Ptolomæus
infœliciter deſcripſit, di-
uiditur in Scotiam, quæ
Boream reſpicit, Anglią
quæ Auſtrum, & Wal-
liam quæ Occaſum.

Sco-

SCOTIA olim Albania, atque etiamnum ab incolis qui auitam seruant linguã *Albain*, & ab Hibernicis *Allabany*, quasi alter Hibernia; longa est LXVII. milliaria Germanica, hoc est Anglica 257. lata LII. Germanica siue 190. Anglica. Amnes habet Tinam, Escam, Lehum: Montem Grampium, vulgò *Grasebaim*, seu *Gratzhaine*, id est mõs incuruus dicitur, qui mediam Scotiam intersecat; habet & syluam Caledoniam, Lucio Floro saltus Caledonius in immen-

ſum ſpatium diffuſa proceriſque arboribus inuia, & Grampio mõte diuiſa: nec non lacum Neſſum habet. Scoti in bello fortes ac ſtrenui milites, inediæ, vigiliæ, algoris patientiſſimi. Prima Scotię vrbs eſt Edenburgum vulgò *Edenbvrrow*, Ptolomæo Caſtrum alatum: Sedes hæc Regia & Metropolis nõ tantùm Laudoniæ, ſed etiam totius Scotiæ. Scholas & Archiepiſcopatus tres, ſcilicet Andreapolim, *S. Andries*, Glaſgoenſem, *Glaſquen*, & Aberdoneam, *Aberdon*

Aberdon vel *Aberdin*. Du-
catus duos *Rotſay* & *Alba-*
nia. Comitatus viginti
quatuor, *Carnes*, *Suther-*
land, *Roſſe*, *Morauie*, *Buch-*
quhan, *Garniach*, *Garmo-*
rum, *Mar*, *Mernis*, *Angus*,
Gouary Friſſe, *Marche*, *Atho-*
le, *Stratherne*, *Menteith*, *Le-*
nonox, *VVagion*, *Douglaſſe*,
Carrike, *Crauuford*, *Annan-*
dale, *Ourmonth*, & *Hunteley*.
Vice-comitatus viginti
tres, *Berwyk* aliàs *North-*
Berwyk, *Roxburgh*, *Selkirk*,
Tuuedale, *Dunfriſe*, *Niddiſ-*
dale VVigton, *Are*, *Lanarke*,
Dunbretten, *Stenueling*, *Lou-*
thean, *Laudonia*, *Clacmanan*,

Kiuros, Fiffe, Perth, Angus, Mernis, Aberdone, Bamph, Fores & *Inuermes*. Promontoria habet tria; primũ Bolerium Occidentem versus: Angli vocant, *The cap, of Cornuual*; secundum Cantium, quod Orientem prospicit, Anglis *Northforland*; tertium Orcas siue Taruisium, quod longè in Septentrionem extenditur, Scotis *Dungisbehead* dictum.

ANGLIA olim *Albionis Insulæ*, nuncupata vulgò *Engeland*, longa est 302. milliaria Anglica, lata 300. à Belerio nempe

e ad Cantium Promon-
oriorũ. Continet Anglia
lurimas Vrbes, inter
quas maximè excellunt
Londinum, *London*; Ebo-
acum, *Yorck*; Cantuaria,
Canterbury; Briſtolia, *Bri-
ſtol*; Gloceſtria ſiue Glo-
ernia, Salopia, *Shreuuſ-
bury*; Vigornia, Bathonia,
Cantabrigia, Oxonium,
Norduicus, Zanduicus,
cum multis alijs, quas
enumerare ſuperſedere
volo; remittoque lecto-
rem ad auctores qui An-
gliam ſpeciatim deſcri-
pſere. Flumina illuſtriora
Tameſis, *Tamiſe*; Sabrina,

Sabrin; Humbrus, Trenta, Ouſa, Deua *Dee*. Tota Anglia hodie in Comitatus quos vel Conuentus vel Pagos propriè & Latinè voces (Angli peculiari vocabulo *Shyres* appellant) diſtribuitur, ac primum anno à Chriſto nato 1016. Etkelredo regnante tantùm XXXII. numerabantur : deinde ſub Guilielmo Primo XXXVI. Poſtea tres in numerum additæ XXXIX. Comitatuum numerum compleuerunt, qui hodie in Anglia obtinet. Quibus accedunt XIII. plu-

res

res in Wallia, quorum ſex fuerunt tempore Eduardi Primi, reliquos Parlamentaria auctoritate conſtituit Henricus Octauus; & ſunt hi Northumbria, vulgò *Northumberland*; Cummerlandia, *Cumberland*; Weſmorlandia, *VVeſtmorland*; Lancaſtria, vulgò *Lankashire*; & *The County Palatine of lancaſter*, quod ſit Comitatus Palatini titulo inſignis. Ceſtria, vulgò *Cheshire*, & *The Countie Palatine of cheſter*, quod eius Comites iura Palatina ha-

buerint, Carnarua, vulgò *Carnaruanshire*; Historicis Latinis Snaudonia, & Aruonia, *Denbigh*, *Flinth*, Maruinia, vulgò *Marionitshire*; Montgomeria, *Montgomeryshire*; Salopia, *Shropshire*; Cardigan, Radnoria, *Radnor*; Wigornia, Cornubia, vel Cornuallia, vulgò *Kernauu*; Deuonia, *Deuonshire*; Somersetus, *Somersetshire*; Dorcestria, *Dorsetshire*; Wilthonia, *VVilshire*; Glocestria, *Glocestershire*; Monumetha, *Monmoutshire*; Glamorgania,

Gla-

Glamorganshire; Maridunenſis, *Caermardenshire*; Penbrockenſis, *Penbrockshire*; Brechinia, *Brechnocshire*; Herefordia, *Herefordshire*; Eborenſis, vulgò *Yorcshire*; Lincolnia, *Lincolnshire*; Derbia, *Darbishire*; Staffordia, *Staffordshire*; Nottinghamia, *Nottingamshire*; Leiceſtria, *Leiceſtershire*; Rutlandia, *Rutlanshire*; Nortfolcia, *Nortfolke*; VVarvvicenſis, *VVarwikshire*; Northamptonia, *Northamptonshire*; Huntingdona, *Huntingdonshire*; Cantabrigia, Cam-

Cambridgeshire; Suffolcia, *Suffolkshire*; Oxonia, *Oxfordshire*; Buckinghamia, *Buckingamshire*; Bedfordia, *Bedfordshire*; Hertfordia, *Hertfordshire*; Essexia, *Essex*; Barcheria, *Barkshire*; Middelsexia, Southamptonia, *Hantshire*; Surreia, Bedæ Suthriona, vulgò *Suthry* & *Surry*; Cantium, *Kent*; Southsexia, *Sussex*.

Portus verò Angliæ præcipuè sunt hi: Dauernus vulgò *Doure*, qui est Comitatus Cantij extremus, ac colle munitur, Arcemque habet tutissimam,

issimam, omni armo-
um genere optimè in-
tructam : *Muntsbay* satis
atus in Cornuallia, vbi
utissima est nauium sta-
io : Item *Volemuth*, siue
alemouth, *Torban* Sout-
antonensis, & alij. Aca-
amiæ duæ sunt nobi-
es, Cantabrigiensis, &
Oxonienſis, quibus ad-
itur tertia Londinensis.
tem Archiepiscopi duo
Cantuariensis, *Canter-*
ury, & Eboracensis,
orck, ille est primas re-
ni, habetque Suffraga-
eos XXII. hic tres dun-
xat.

CAM-

CAMBRIA ſiue Wallia vulgò *VValles* verſus Occaſum porrigitur ad mare Hibernicum, ab eaque primogeniti Regum dicuntur Principes Walliæ. Portus verſus Orientem Dubris *Doure*, ex aduerſo Caliſij : verſus Occaſum eſt *Pleymuth* : Sunt & alij paſſim portus *Sant-Wyck*, *Greueſend*, *Colceſter* : Merces Britannicæ ſunt, ſtannum, lana, pannus, nam aurum, argentumve exportare fas non eſt ; lupos verò Inſula tota non habet. Omnes hæ Inſulæ olim non vno ſed diuerſis

is Regibus parebant, aſt
nodò per ſucceſſionem
vel hæreditario iure vno
Regi ſubiectæ ſunt: ſed
ummopere miror quod
ùm apud grauiſſimos
Auctores & Hiſtoriogra-
hos legerim; Regẽ An-
gliæ ſupremam poteſta-
em & merum imperium
habere, nec in Imperij
clientela eſſe, nec inueſti-
turam ab alio quouis ac-
cipere, nec præter Deum
ſuperiorem agnoſcere,
quare Parlamentum Re-
gem ſuum, tam iniquè &
niuſtè profligant, illum
bello tanquam hoſtem
infen-

infensissimum prosequũtur, nullam certè iustam & acceptabilem poterunt reddere rationem qualemcunque fucum obtrudere tentant: verum quidem est ea nihil me tangere, attamen omnes Dominos Parlamentarios ad pacificũ Christum Seruatorem nostrũ pacificè remitto dicentẽ: Date Cæsari quę sunt Cęsaris, &c.

HISPANIAM, quæ auorum nostrorum memoria cœpit foris inclarescere, quum antea vix ipsa sibi aduersus incursiones Pœnorum, Romano-

nanorũ, Gothorũ, Van-
alorum, Saracenorũ ſuf-
iceret, Romani in cite-
iorem & vlteriorem di-
iſere; quarum illa Tar-
aconenſis dicta fuit; hæc
abuit Bæticam & Luſi-
aniam. Illam à Vandalis
ocamus hodie Andalu-
iam; hanc à portu Calæ
Portugaliam. Montes Py-
enæi Hiſpaniã ſeparant à
Gallia: cætera ambit ma-
e. Ad fauces freti Gadi-
ani (quod vulgò vocant,
Estrecho de Gibaltar) eſt
Calpe mons, quem Sa-
aceni vocant, *Gibal Ta-
if*, quaſi dicas, mon-
tem

tem Tarifi; reſpondetque ei in Africa Abyle mons, quem nunc vocant *Ceutam*. Montes iſtos dixerunt Antiqui Columnas eſſe Herculis, à quo & fretum ipſum perfoſſum crediderũt. Flumina quæ in mare Ibericum exonerantur, ſunt, Tholobis, *Tarderat*; Rubricatus, *Lobregat*; Iberus, *Hebro*; Durias, *Guadalauiar*; Sucro, *Xucar*; Terebus, *Segura*; Tader, *Guadalentin*. Nam in Oceanum influunt Bętis, *Guadalquiuir*; Anas, *Guadiana*; qui medio curſu mergitur, ac poſt decem

em leucas iterum erum-
it : Tagus, *Taio* : Munda,
Mondego : Durius, *Duero* :
Minius, *Mingo*. Regna
Hiſpaniæ diuiſa olim in-
er plures fuêre ; ac tunc
uidem nemo erat illorũ
ui non Francorum Re-
ibus libenter adſurge-
et, inque aduerſis rebus
ſorum ſalutarem opem
mploraret : nunc omni-
us illis regnis ad vnum
aput reductis, auctaque
liunde potentia, creuit
um fortuna animus ; &
ure merito inter omnes
otius vniuerſi Orbis
Principes hic Rex Ca-
tholi-

tholiciſſimus titulũ Monarchæ ſibi vẽdicat; quidquid inuidi & oſores Sereniſſimę Domus Auſtriacæ obganniant, & allatrent. Regna habet quatuordecim, & hæc ſunt, GRANATA, cuius vrbs primaria à Saracenis condita, idem nomen habet. ANDALVSIA, in qua eminent Hiſpalis, *Seuilla*, Nebriſſa, Corduba, & *Iaen*. ESTRAMADVRA, in qua Pax Iulia, *Badaios*; Auguſta Emerita, *Merida*, ad Anam vtraque. MVRCIA, in qua Carthago noua, *Cartagena*. VALENTIA, in

qua

ua vrbes, Valentia, &
lice, *Alicante*. CATALO-
IA, in qua Dertosa, Bar-
ino, Tarraco, Empo-
iæ. ARAGONIA, in qua
Cæsar-augusta *Saragos-*
a: Ilerda, *Lerida*: Or-
elis, *Vrgel*: Olea, *Hues-*
a. GVIPISCOA, in
ua Tolosa, & Flavio-
riga, *Fuentarauio*. BIS-
AIA, in qua Flavio-
avia, *Bilbao*. ASTVRIA,
n qua Oviedum: GAL-
ECIA, in qua Com-
ostella, *S. Iago*. LE-
IO, quæ Vrbem ha-
et eiusdem nominis.
CASTELLA NOVA,
in

in qua Toletum & Ma-
dridum. CASTELLA VE-
TVS, in qua Salmantica
& Valedolit. His acceſ-
ſere NAVARRAE pars in
qua Pampelo, *Pampelunæ*
& PORTVGALLIA, in qua
vrbes, Oliſippo, *Lisbone*,
ad Tagum flumen; *Co-*
nimbriga, *Coymbre*; Ebo-
ra, *Euora*. ALGARBIA, in
qua *Siluis* & *Tauila*. Inſulæ
vicinæ Hiſpanijs ſunt, in
Oceano quidem GADES,
Cadiz: in Mediterraneo
verò, Gymneſię ſiue Bal-
cares, MAIORICA, & MI-
NORICA, cum EBYSO,
quæ nunc *Yuica* dicitur;
minores

inores volens prętereo. Ducum in Hiſpania, Marchionum, Comitũue ingens numerus. Prę-er Principem Aſturiarũ, alios Duces inuenio rciter XXIII. Sunt illi rienſis, Medinę, Riuiſicæ, Aluæ, Alcalæ, Albuuerque, Scalonæ, Oſunę, ueri, Becari, Gandiæ, ſſæ, Infantaſgi, Mediæ-Cæli, Medinæ-Sidoæ, Maquedæ, Najaræ, riæ, Segobiæ, Sonnæ, illa-formoſæ, Verraiæ, Paſtranæ, Francællæ. Sunt & alij quorũ omina non occurrunt.

Quibus omnibus annuu
census est à XL. ad C. du
catorum millia. Ma
chiones hi ferè Villa
Nouæ, Astorgæ, Aquil
ris, Dencæ, Mondeg
ris, Nauares, Pliegi, Sau
cæ, Villezæ, Comares
Aiamontis, Altamiræ
Veladræ, Vearinæ, Ca
pij, Carmaraſſæ, Cort
ſij, Montis-Maioris
Guardiæ, Montis clar
de las Nauas, Pozæ
Steppæ, Tanaræ, Villa
Francæ, Dradæ, Caui
tis, Falcis, Fomeſtæ
Molinæ, Ceralicæ, V
leſis, Vallis, Zaaræ, A
dali

alis, Tarifæ, Alcaniſæ,
x alij quorum parte re-
itum percipiente ab x.
d LX. millia ducatorum.
Comites recẽſentur plus
ninùs LXXX. quibus an-
uus reditus eſt ab x. ad
XV. ducatorum millia.
ongum eſſet, Lectori-
ue tædioſum quærere
ic Vice-Comitum, Ba-
numque numerum,
ngum Vice-Regum,
ubernatorum, Prouin-
js, marique Præfecto-
m : longum denique
lagnorum Magiſtrorũ,
quitumq; variorum or-
num numerũ recenſere.

Habet præterea Hiſpani
octo Cardinales, nouen
Archiepiſcopos, quadra
ginta ſex Epiſcopos, ſep
tẽ Vniuerſitates; & quo
mirum Eccleſia Toleta
na ſola ſingulis annis a
ducentorum Coronato
rum aureorum millia re
ditus percipit, & Archie
piſcopus ſingulis diebu
mille coronatos aureos
Meo iudicio non mirui
eſt Deum Ter. Opt. Max
Regibus iſtis pijs tam it
gens incrementũ dediſſe
nunquã enim aliud quàr
Dei gloriam, Eccleſi
exaltationem, hæreſium
qu

ue extirpationem quæ-
uerunt, & cum Hæreti-
is fœdus inire deteſtati
int, nec tam ardenter ra-
onem ſtatus vt vocant,
mauerunt, vt poſthabi-
a religione omnia ad ſe
uocumque etiam iure
aherent. O vtinam Re-
es & Principes illorum
eſtigijs inhærerent, qui
Machiauellum iſtū Scri-
æ filium & Pſeudo-po-
ticum potiùs quàm S.
uguſtinum, alioſq; Ec-
leſiæ Doctores & Patres
quuntur, eheu Germa-
ia adhuc ſuorum ſan-
uine madens, ruinam

fuorum non deploraret.

Titulus Regis sic ferè concipitur.

PHILIPPVS Dei gratia Rex Castellæ, Legionis, Aragoniæ, vtriusque Siciliæ, Hierosolymæ, Portugaliæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Maioricæ & Minoricæ, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Iaen, Algarbiæ, Algeriæ, Gibraltar, Insularum Canariæ, Indiarum Orientalis & Occidentalis, Insularum & Continentis Oceani. Archidux Austriæ, Dux Bur-

urgundiæ, Lotharingiæ,
rabandiæ, Limburgi,
uxemburgi, Geldriæ,
lediolani, &c. Comes
[abſpurgi, Flandriæ, Ti-
olis, Barcelonæ, Arthe-
æ, Hannoniæ, Hollan-
iæ, Zelandiæ, Namurci,
utphaniæ &c. Marchio
mperij, Dominus Biſ-
iæ, Friſiæ, Mechli-
æ, Traiecti, Tranſiſa-
niæ, Gruningæ. Do-
inator in Aſia & in A-
ica.

GALLIA, *la Gaule*,
iæ & ante Romanos
elli gloria per Orbem
aruit, & ſub Romanis

perdiu habuit Imperij ſe-
dem Auguſtæ Treuiro-
rum, *Trier*, Pyrenæis, O-
ceano, Rheno, Alpibus, &
mari Mediterraneo clau-
ditur. Hæc à Romanis
initio tributa fuit in Ci-
teriorem & Vlteriorem :
illius pars Ciſalpina ſiue
Italica, ab habitu gentis
vocata fuit Togata: Trã-
ſalpinæ verò pars vici-
nior dicta fuit Prouincia
Narbonenſis fuitq; Brac-
cata : Reliquam omnem
Galliam quę Comata ap-
pellabatur, diuiſit Cæſar
in parteis treis, Aquita-
nicam, Celticam, quæ po-
ſtea

tea Lugdunensis vocata
st, & Belgicam: nam
Prouinciam Narbonen-
em, quæ iam tunc Ro-
manis parebat, non ac-
enſuit ille Galliæ à ſe
vincendæ. FRANCI par-
em illam quæ ipſorum
rmis ſubacta fuit, appel-
auêre FRANCIAM Occi-
dentalem: ad diſcrimen
cilicet Franciæ Orienta-
is, quæ eſt in Germania,
Franckenland. Itaque A-
quitania initio Francia
non fuit. Burgundia Se-
quanica, *la Franche Conté*,
nunc nō eſt Francia. Ho-
die enim Franciam voca-

mus, eam omnem Galliam, quæ Regi subiecta est. Et quia de veteri illa ditione partes Rheno, Scaldi, Mosæ ac Mosellæ vicinæ, iam pridem abrasæ sunt; facilè est videre quantum imminutum sit Francorum prædium. Eã ergo hodie ab Italia separat adhuc antiquus limes: à Sabaudia Rhodanus; Arharis à Burgundia, Mosella à Lotharingia, & Ducatu Luxemburgensi; Aa riuulus à Flandria. Amnium alij in Mediterraneum influunt, vt Varus,

us, *le Var*; Argenteus, *Argent*; Rhodanus, *le Roſ-ne*; Ledus, *le Lez*; Arau-aris, *Erhault*; Obris, *l'Or-c*; Atax, *l'Aude*, è quibus Rhodanus recipit ripa dextera Ararim *la Saone*; Erieuam, *l'Erieu*; Ardeſ-cham & Vardonem, *le Guard*: ſiniſtra Iſaram, *l'Iſer*, & Druentiam, *la Durance*: Atar excipit Loignionem, & Du-bim, *le Doux*. In Ocea-num verò ſe exonerant Atyrus *l'Adour*; Garum-na, *la Garone*; Caranto-nus, *la Charente*; Alti-o, *l'Aultye*, Semaigna,

Ligeris, *le Loire*; Orna, *l'Orne*; Sequana, *la Seine*; Somona, *la Somme*; Scaldis, *l'Escault*; Rhenus, *le Ryn*. Atyrus duos Gauos recipit ex Pyrenęis deuolutos. In Garumnam influunt læua quidem Sauus, Gimouus, Ægircius, *le Gers*, & Balisa. Dextera verò, Tarnis, *le Tar*; Oldus, *Lot*; Duranus, *la Dordoigne*. In Ligerim, Elauer, *l'Allier*; Vigenna, *la Vienne*; Anger, *l'Indre*; Caris, *le Cher*; Meduana, *le Meyne*, qui recipit Sartrã, Huinam, & Ledum, *le Loir*. In Sequanam, Matrona,

rona, *le Marne*; Icauna, *Ionne*; Alba, *l'Aube*; Æsia, *l'Oise*. In Æsiam, Axona, *l'Asne*, qui recipit Basilam, *le Vesle*. In Scaldim, Legia, *Lys*; Scarpa, *l'Escarbe*. Dendra, & Demera. In Rhenum Mosa & Mosella. Postremùm, plures habet sola Gallia fluuios opportunos, & fluminibus impositos pontes, quàm reliqua omnis Europa. MONTES Galliæ præcipui sunt Pyrenæi, Alpes, Gebennæ, Vogesus, Iura: Alpium aliæ sunt maritimæ, aliæ Graiæ & Cottiæ, aliæ Penninæ,

quæ

quæ à Penno Deo nomẽ habent. Herculem Graijs, Annibalem Coctijs in Italiam veniſſe conſtat. Fuit autem Francorum Regibus id ſemper curæ, vt per Alpes plures ipſis aditus paterent in Italiã. LACVVM maximus eſt Lemanus. Diuiſiones alias Galliæ, quæ ſub Romanis, Gothis, Franciſque primæ, ſecundæ, ac tertiæ ſtirpi, fuêre, nunc omitto, contentus præſentia referre. FRANCIA igitur, ſi eam ſeorſim à partibus ijs quæ abraſæ ſunt, ſpectes, variè diui-

di

di poteſt, per Diœceſes,
per Parlamenta, per Pro-
uincias, per Cenſum. Ha-
rum primæ, non tan-
tùm quia vetuſtiſſima eſt,
ſed etiam quia maximè
proportionata, minimè-
que obnoxia mutationi-
bus, nos nunc inſiſte-
mus. Sub Imperio igi-
tur Chriſtianiſſimi Regis
ſunt, 1. Diœceſis Lug-
dunenſis, ad Rhodani &
Araris confluentes, cu-
ius Præſul vocatur Cle-
ri Gallicani Primas. 2.
Rothomagenſis ad Se-
quanam, in Norman-
nia, quæ eſt Lugdu-
nenſis

nensis secunda. 3. Turonensis, ad Ligerim quæ est caput Britanniæ, in Lugdunensi tertia. 4. Senonensis ad Icaunam, habet in se Lugdunensem quartam, à qua resecta est, & in Metropolim erecta, Lutetia Parisiorum. 5. Treuerensis ad Mosellã suffraganei sunt in Francia, Metensis, Tullensis, Verdunensis, omnes in Belgica I. ipse autem est Elector Germanus. 6. Vesontinus ad Dubim extra Francum est: eius suffraganeus tamen Bellicensis paret Regi,

gi, in Lugdunensi quinta. 7. Remensis Dux & Par Franciæ, est in Belgica secunda ad Basilam flumẽ. 8. Viennensis prima est ad Vrbem eius nominis ad sitam Rhodano. 9. Ad Narbonã quę Ataci prætexitur, est pars vna secundæ Viennensis. 10. Ad Toloſam, quæ Garumnæ est appoſita, pars altera. 11. Ad Aquas Sextias, *Aix en Prouence*, pars vna tertiæ Viennensis. 12. Ad Arelaten, *Arles*, pars altera. 13. Ebrodunẽsis, *Embrun*, est quartæ Viennensis. 14. Biturica, *Bourges*, Aqui-

Aquitaniæ primæ, dicituŕque eius Pręsul vtriusque Aquitaniæ Primas. 15. Burdegala, *Bourdeaux*, Aquitaniæ secundæ, ad Garumnam. 16. Auscij, Aquitaniæ III. ad Ægircium flumen. 17. Auenio cessit Pontifici.

Nec fuerit abs re, breuiter hoc loco ostendere, quænam in Gallia Ciuitates Episcopales quibus Metropolibus subiectæ sint. Habet ergo LVGDVNENSIS Archiepiscopus, suffraganeos IV. Eduensem siue Augustodunensem, *Autun*; Lingonensem, Du-

Ducem & Parem Franciæ, *Langres*; Cabillonenſem ad Ararim, *Chaalons ſur ſaoſne*; Matiſconenſem *Maſcon*. ROTOMAGENSIS ſex, Baiocaſſinum, *Baieux*; Abrincatenſem, *Auranche*; Ebroicenſem, *Eureux*; Sagienſem, *Seez*; Lexobienſem, *Lizieux*; Conſtantinũ, *Conſtances*. TVRONENSIS IX. Cænomanenſem, *Mans*, ad Sartam amnem; Redonenſem, *Renes*, Andegacenſem, *Angers*, ad Meduanam; Nannetenſem, *Nantes* ad Ligerim. Coriſopitenſem; *Cornuaille*; Ve-

Venetenſem, *Vănes*; Briocenſem, *S. Brieu*; Macloüienſem, *S. Malo*; Leonenſem, *S. Paul de Leon*; Tricorienſem, *Triguier*, & Dolenſem, *Dol*, qui quondam Archiepiſcopi titulum ac dignitatem geſſit. SENONENSIS tres, Autiſſiodorenſem, *Auxerre*, ad Icaunam; Trecaſſinum, *Troyes en Champaigne*, ad Sequanam. Niuernẽſem, *Neuers*; nam, PARISIENSIS cum ſubiectis Carnutenſi, *Chartres*; Aurelianenſi, *Orleans*; & Meldenſi, *Meaulx*, à Senonenſi reſectæ ſunt, Anno M. DC. XXIII.

XXIII. De TREVERENSI, eiusque tribus suffraganeis, deque VESONTINO, iam dixi. RHEMENSIS suffraganei sunt octo, Suessionensis, *Soissons*, Catalaunensis ad Matronã, Comes & Par, *Chaalons sur Marne*; Laudunensis, Dux & Par Franciæ, *Laõ*. Siluanectensis, *Senlis*. Bellouacensis, Comes & Par Franciæ, *Beauuais*: Ambianensis, *Amiens*. Nouomensis, Comes & Par, *Noyon*; Bononiensis in Pago Gessoriaco, *Bouloigne sur mer*: nam Morinensis siue Teruauensis, *Teruanne*,

ne, itemque, Cameracen-
sis, *Cambray*; Atrebaten-
sis, *Arras*; & Tornacensis,
Tournay, iam inde ab anno
M. D. XXV. transſato ad
Burgundum iure omni
Politico, Eccleſiaſticam
quoque ſubiectionẽ Rhe-
menſi auerterunt. VIEN-
NENSIS Metropolis ha-
bet ſibi ſubiectos Epiſco-
pos, Geneuenſium *Gene-
ue*, cuius ſedes ob ciuium
hæreſi infectorum rebel-
lionem tranſlata eſt Ani-
cium, Sabaudiæ opidum,
Anicy; Gratianoplitanum,
Grenoble, ad Iſaram: hanc
autem Vrbem vocat Ci-
cero

cero in Epistolis Cularonem; Albensem siue Viuariensem, *Viuieres*; Diensem, *Die*; Valentinensem, *Valence*, ad Rhodanum: Maurianensem, *S. Iean de Morienne*. NARBONENSIS habet suffraganeos nouē, Biterrensem, *Bezieres*; Agathensem, *Agde*; Carcassonēsem, *Carcassonne*; Memausensem, *Nismes*; Luteuensem, *Lodeue*; Monspessulanū, *Montpellier*, qui olim fuit Magelonæ, in stagnis Volcarum, S. Pontij Tomeriarum, *S. Pont. de Tomiere*; Alectensem, *Alet*; & Vcetensem, *Vsez.*

TOLOSANVS habet septem ; Apamiensem, *Pamieres*; Mirapicensem, *Mirepoix*; Montis Albani, *Montauban*; Vaurensem, *Vaur au pays de Laurageois*; Lombariensem, *Lombez*; S. Papuli, *S. Papoul*, & Riuensem, *Rieux*. AQVISEXTIENSIS habet quinque; Aptensem, *Apt*; Reiensem, *Ries*; Foroiulienſem, *Freiuls*; Vapincensem, *Gap*; Ciſtaricensem, *Seſteron*. ARELATENSIS præeſt quatuor ſuffraganeis, Maſſilienſi, *Marſeille*: Tricaſtino, *S. Paul de Tricaſtin*; Telonenſi, *Tolon*, & Arauſionenſi,

ionenſi, *Oranges*. EBRO-
DVNENSI ſubiecti ſunt
ex, Diniēſis, *Digne*; Graſ-
enſis, *Graſſe*; cuius olim
edes fuit Antipoli, *Anti-*
oul; Vencienſis, *Vences*,
Glandatennenſis, *Glande-*
es; Senetenſis, *Sanes*; &
Nicenſis, *Nice*. BITVRI-
CENSIS habet ſuffraga-
neos vndecim, Claromō-
enſem, *Clairmont en Au-*
ergne; S. Flori, *S. Flour*;
Ruthenenſem, *Rodez*; Va-
renſem, *Vabres*; Caduen-
em, *Cahors*; Lemouicen-
em, *Limoges*; Tutelen-
em, *Tulles*; Mimatenſem,
Mande; Albienſem, *Alby*:

Castrensem, *Castres* : &
Anicien sem, *Puyen Velay*.
BVRDEGALENSIS Archi-
episcopi suffraganei sunt
nouem: Aginuensis, *Agen*:
Enculismensis, *Angoulis-*
me: Santonicus, *Saintes*:
Pictauiensis, *Poictiers*; Pe-
trocoriẽsis, *Perigeux*; Cõ-
domensis, *Condon*; Malea-
censis, *Malezais*; Luxio-
nensis, *Lucon*, & Sarlaten-
sis, *Sarlat*. AVSCIVS vel
AVXITANVS habet suffra-
ganeos decem, Aquen-
sem, *d'Aqs*: Lectoraten-
sem, *Laictoure*; Conue-
nensem, *Cominges*; Conse-
ranensem, *Conseram*; Adu-
rensem,

enſem, *Aire*: Vaſatenſem, *Bazas*: Leſcarienſem, *l'Eſcar*: Tarbenſem in Caſtris Bigorris, *Tarbes*: Oleronenſem *Oleroa*, & Baionenſem, ſiue Boatum, *Baione*: Nam Eluſa iam pridem eſſe deſijt: Pampelo verò retracta eſt ad Hiſpanos. Pares ſæculares cũ titulo Ducali ſunt, Burgundus, Normannus, & Aquitannus: cum titulo verò Comitatenſi, Flãder, Toloſanus, & Campanus.

FRANCOS autem imprimis commendant iſta, 1. Zelus Religionis

Catholicæ: nuſquam enim terrarum ardentiùs Deus ab omni ſexu, ab omni ætate, ab omnibus ordinibus colitur, & quidem ſine vllo vel fuco, vel inquiſitione: In Gallia ſe primum exſeruit ſub Conſtantino publica Chriſtiani nominis profeſſio, fugato Paganiſmo. Primus Europæ Regum Chlodouæus Chriſti fidem in Gallia amplexus eſt. Primus Carolus Magnus, vt nutantem in Occidente fidem Catholicam ſtabiliret, Imperium Francorum inſtituit.

uit. Plures Martyres ha-
uit ſola Gallia ob Chri-
ti nomen quàm cætera
mnis Europa. Nuſquam
libi plura ob commune
Eccleſiæ bonum Conci-
ia celebrata ſunt. In Gal-
ia præcipuorum Cœno-
iorum ſunt origines, Ci-
tercienſium, Clareual-
enſium, Præmonſtraten-
ium, Cluniacenſium,
Grandimontenſiũ, Car-
huſianorũ, quorum pro-
pagines in reliquam Eu-
opam, imò & terrarum
Orbem poſtea deductæ
unt. Franci Romanos
Pontifices vt Eccleſiæ

Christianæ parentes nudos de suis bonis ditauêre : oppressos defendêre : iectos excepêre : fugatos restituere : quodque omnium Gentium erat officium, soli præstitére : ob quas res meritò Reges Franciæ dicuntur Christianissimi, & filij Ecclesiæ primogeniti. Habet quidem Francia ex suis nuper ortos visceribus hæreticos Caluinistas sed solos ; & quis vnquam ager sine lolij mixtura? habet ergo. sed non probat ; habet sed vt formosa facies verrucam : vt Israëlitæ in terra sancta Phili-

tæos;ad fidei ſuæ exercitium, exigentibus ita adhuc peccatis noſtris,denique in ſpem ipſorum conuerſionis. 2. Commendat etiam Francos Monarchiæ duratio, iam enim M. CC. anni ſunt, quũ Reges Regibus perpetuò ſuccedunt, & quidem præcipuis virtutibus inſigniti; alij quippe Sancti audiunt,alij Fortes,Intrepidi,alij Clemẽtes, alij Auguſti, alij Iuſti, alij Caſti, alij Prudentes : In LVDOVICVM hodie regnantem Deus plena manu omnia iſta bona ſimul

congeſſit, addita iuſu per ſingulari in rebus gerendis fælicitate. 3. Commendant inſuper Francos diuinæ defenſionis miracula: nunquam enim eos deſeruit cæleſte numen: excitata etiam deſperatiſſimis rebus ad viros animandos virguncula. Quã fuerit ſtupenda Galliæ poſt exceſſum Henrici III. Regis Chriſtianiſſimi ex circumſtantibus malis liberatio, ſciunt & teſtari poſſunt, qui tunc vixerunt. 4. Adde legum ſanctitatẽ; ex Gallia quippe cęteræ ferè Gentes per

Eu-

Europam traxêre Rerũ-
publicarum ſuarum ad-
miniſtrandarum exem-
plum. Qui Senatum Pari-
ſienſem videt, habet vnde
ſibi repræſentet Amphi-
ctyonum grauitatem, A-
reopagitarum dignitatẽ,
Senatus Romani ſplendo-
rem & maieſtatẽ. 5. Ad-
de ſanctitatem, eruditio-
nem, modeſtiam Cleri.
6. Adde toto Regno flo-
rentes litteras, artes, ſa-
pientiam. Vna Pariſien-
ſis ſchola plurimarum per
Europam eſt mater: ex ea
profecti P. Lombardus,
Albertus Magnus, Tho-

mas Aquinas, & miraculum Orbis Iulius Cæsar Scaliger. Debent litteratores Budæo, Turnebo, Erasmo Passeratio. Debēt Cuiacio Alciato, Tiraquello, Iureconsulti: Fernelio, Dureto, Riolano, Medici: Aurato & Ronsardo Poëtæ: Mureto Oratores: B. Hilario & S. Bernardo, Theologi: Orontio, Mathematici: Fremenelio Pictores. Imperatores denique & belli Duces Henrico Magno. 7. Neque omittenda est morũ comitas. Huc ergo tanquam in veram hu-

iumanitatis ſcholã mit-
itur quotannis ex omni-
ous orbis partibus ſelecta
nobilitas, vt cum lingua
ciuilem viuendi modum
poſita barbarie addiſcat.
8. Addam poſtremo loco
vbertatem & felicitatem
ſoli, cuius tria ſunt ſigna
certiſſima: primum, eue-
ctiones & exportationes
fructuum merciumq; do-
minatarum, tritici, inquã,
ſalis, vini, olei, lanarum,
croci, glaſti, ferri, telarum
merciumque manu facta-
rum: Secundum, frequen-
tia portuũ, verſus vtrum-
que mare, interius & ex-

terius, vrbiumque nihilominus à mari remotarum amplitudo & multitudo: Tertium, Ciuium copia. Hisce rebus fit, vt vna Gallia plura valeat Regna.

Sunt etiam in GALLIA BELGICA Germaniæ duæ Cisrhenanæ, diuersæ à Germania magna; diuiditque illas Mosella fluuius, quem Ptolemæus Obrincũ vocat. In GERMANIA SVPERIORE sunt Heluetia, Alsatiæ pars Cisrhenana, Lotharingia, Palatinatus pars, cum agro Mogũtiaco. In GER-

MANIA INFERIORE ſunt Treuiri, Leodiẽſes, Murſenſes, Cleuenſes, Bergenſes Iuliacenſes, Bataui, alijque, quos omnes, iura quæ habent, & priuilegia, & arma, à Francorũ Regibus tenere nemo gentium ignorat. Hodie promiſcuè vocant Prouincias Belgicas, & Prouincias Germanię inferioris, eas omnes, quas Burgundionum Dux, qui nunc eſt Rex Hiſpaniarum, vt patriam hæreditatem vel habet, vel repetit; quamuis illarũ nonnullæ trans Rhenum in Germania

Magna

Magna ſitę ſint. In Gallia numerantur, ARIESIA, cuius Metropolis Atrebatũ : FLANDRIA, in qua Gandauum, Brugæ, Ipræ, Inſulæ, Duacum. HANNONIA habet Valentinianas & Montes. LVXEMBVRGVM, LIMBVRGVM, NAMVRCVM, CAMERACVM, MECHLINIA, habẽt vrbes ſingulę ſuorum nominum.

ZELANDIA quoque tota Gallica eſt, ad oſtia Scaldis, conſtatque pluribus inſulis, quarum nobiliſſima eſt Walachria habens opida portuſque, Vliſ-

Vlissingam, *Middelburgum*, Veriam, Armudam. Trans Rhenum in Germania Magna, sunt FRISIA Occidentalis, quæ vrbes habet Alcmariam, Enchusam, Hornam, aliasque; FRISIA simpliciter ita dicta, est in Germania Magna, habetque Leouardiam, Harlingam, Doccomium, Frankeram Vrbes præcipuas. GRONINGA, vrbe habet cognominem. GELDRIA habet Rurmundam, & Arnemium. In TRANISALANIA, *Oueryssel*, sunt Dauentria, Cam-

Campi, Svvolla. Vltima Transrhenanarum Prouinciarum in Germania inferiore est ZVTPHANIA. Ex vtraque Rheni parte sitæ sunt, HOLLANDIA, & VLTRAIECTVM, *Vtricht*. Illius vrbes sunt Dordrechtum, Harlemũ, Delfum, Leida, Amstelodamnm, Gauda: Huius, Traiectum, Ciuitas Archiepiscopalis, & Amersfordia. Habent autem singulæ Prouinciæ Curias suas supremas, in quibus ius dicunt peremptoriè, & à quibus non datur prouocatio. Quæ autem

est

est Hagæ Curia Ordinum Generalium; ea tantùm decernit, de rebus ex cõmuni confœderatione, ad bellum pacem, & nauigationes pertinentibus. Gubernator Hollandiæ, Zelãdię, & Westfrisię post excessum Mauritij Nassouij, est Henricus eius frater, Princeps Arausionensis, Gubernator Geldriæ & Traiecti est Ernestus Nassouius.

HELVETIA *Schwitzerland*, dicitur & Confœderatorum terra vernaculè *Eydgnoßschaft*, pagos tenẽt tredecim, quos Itali

Itali *Cantones* vulgò *Orter* appellant, vt sunt, Tigurinus, *Zuricher*; Bernensis, *Berner*; Lucernensis, *Lucerner*; Vrensis, *Vren*; Suitensis, *Switz*; Vndervvalt, *Vnderwalder*; Tugensis, *Zug*, vel *Zuger*; Glaronensis, *Garonen*; Basileensis, *Baseler*; Friburgensis, *Friburger*; Salodurẽsis, *Salothurner*; Abacellensis *Abeceller*, & Schafhusensis, *Schafhauser*. Hi soli hoc iuris habent præ alijs fœderatis, quod de omnibus ad communem Remp. Heluetiorum pertinentibus, in publicis cõuenti-

uentibus deliberant, & ſuffragia ferunt, omniúque totius Ciuitatis commodorum & incommodorum participes ſunt. Præfecturas quas ſimul acquiſierint pari iure adminiſtrant, & reliquæ prædæ publicæ ex æquo participes ſunt.

Flumina verò Heluetiam rigantia ſunt, Rhenus, Rhodanus, Adua, Ticinus, Limagus, Byrſa, Langarus, Sara, Taurus, vulgò, *Dur*, Aenus, Arola, aliáque permulta; Lacuum ampliſſimorum nuſquam maior

maior numerus quàm in hac Prouincia, inter quos Lucernus, *Der Lucernerſee*: Tigurinus, *Zuricherſee*: Riuarius, *VValenſerſee*: Neoburgenſis, *Neuenburgerſee*: & omnium maximus Acronius, *Der Bodenſee*, quem Solinus & Plinius Brigantinũ, Ammianus Marcellinus Brigantium vocat à Brigantio vetuſtiſſimo Oppidulo, longitudo eius eſt XXIV. millium paſſuum, latitudo minimùm XII. Mõtes hic enumerare vix opus eſt, cùm notiores ſint per Orbem Rhetici mon-

montes, quàm vt quisquã eorum nomina desideret. Verùm ne hîc quoque defuisse videar prodam saltem aliquot, summæ Alpes Gothardi, mons dicitur vulgò *S. Gothartzbergh*, hunc sequuntur Peninæ Alpes: Apud Salassos Cottiæ Alpes & Silurus mons sunt. Dein montes S. Bernardi maior & minor, Graiæ Alpes Lepontiorum sunt; Adulas mons vulgò *Der Vogelberch*, Misaucos attingit; Iuliæ Alpes à Permurna mons in Engadinorum ora sunt. Hinc

Va-

Valarius, & Brantius, montes, apud Vendones: Rhetico mons in Rhucantijs est: Iurassus mons Lemano imminet lacui, Abnobæ montes in Tulingorum finibus sunt. Syluę sunt innumerę singulę Hercyniæ portiones sunt, cuius hic caput est, quamuis varia sibi hinc inde adsciscat nomina, vt pote sylua Brigantina, *RheinWalt*, *BonWalt*, *SchWartzWalt*, ac nonnulla alia.

VALESII, *Vallisser*, oram tenent quæ inter Rhodani fontes & lacum

:um Lemanum, nunc *Lac le Geneue*, Heluetis *Genferzee* interiecta, montibus vtrinque cingitur: Vrbs præcipua est Sedunum, vulgò *Sitten*. ALSATIAE est Argentoratum, *Strasbourg*. NEMETVM, Spira, *Spier*: PALATINATVS habet cis Rhenum in Gallia, Franckendaliam, *Frankendall*, & Neostadium.

GERMANIA MAGNA, siue Transrhenana nunquam à Romanis exactè cognita, ne dum subacta fuit.

Eam

Eam omnem Franci hodie ex vna eius gente vocant Alemaniam : Sunt enim Alemani siti ad fontes Danubij : nomen habent vel à viris, nam *man* virum significat, vt in Nortman, Herman, Karolman, Duitsman; vel ab Alemone amne eius tractus. Debet autem Germania Imperium suum Francis, nunc deuoluta per Saxones & Sueuos ad domum Austriacam gubernatione, paret Burgundioni. Terminatur Rheno, Vistula, Oceano, ac Danubio. Amnes habet

)et præter eos quos iam
ixi, Vidrum, *die Vecht*:
Amasim, *die Embs*: Visur-
;im, *die VVeser*: Albim,
die Elbe: Oderam, *die O-*
ler: Arula, *die Alar*: Via-
lrus vel Viadus, *die Ader*:
Edera, *die Eder*: Anisus,
ie Ens: Athesis, *die Etsch*:
Denus, *die Ihn*: Ellus, *die*
lle: Licus, *die Lech*: La-
nus, *die Lohne*: Mosa vel
Moia, *die Maase*: Mosel-
a, *die Musell*: Naua, *die*
Nahe: Borysthenes, *die*
Nepper: Arrabo, *die Rab*:
Sauus, *die Saw*: Scalde, *die*
Scald: Sueuus, *die Sprew*:
Tibiscus, *die Teise*: Tu-

rus vel Taurias, *die Thur*
per Heluetiam se in Rhe
num exonerat, ab hc
Tauriacus tractus, vulg
Das Thurgaw; Wahalis
der VVahl; Lippia, *die Lip*
pe; Mœnus, *der Mayn*; N
cer, *der Necker*; Rhoda
nus, *die Rod*; Vrsa nur
Rusa, *die Reus*; Sala, *d*
Sala; Sana, *die San*; Vi
to, *die VVerthach*; Vistu
la vel Istula, *die VVeixe*
Visurgus, *die VVeser*. I
Rhenum influunt ex par
te Germanica, Nicer, *Ne*
ker, vbi sunt, Reutlin
ga, Tubinga, Stutgar
dia, Heilbrunna, & Hei
del

lelberga. Mœnus, *der Mein*, vbi ſunt Bamberga, Wurtzburgum quam vocant Herbipolim, ac denique Francofurtum. Lupia, *die Lippe*, ad quem ſunt Paderborna & Lipſtat. In viſurgim ſe præcipitant Fulda, Adrana, Alara. In Albim ſe exonerant parte dextera Elſtera, & Hauela; læua, Molda, & Sala. Sunt autẽ in Germania Regna aliquot, & Ducatus, & Comitatus, & Marchionatus; Regna sũt, NORVVEGIA, in qua Berga, SVECIA, in qua Stocholmia.

DANIA in qua Hafnia: *Koppenhagen.* BOHEMIA in qua Praga, ipsumque insuper REGNVM GERMANIAE, Ducatus præcipui sunt hi, SAXONIA Superior & Inferior, quarum hæc habet Ducatum Lavvemburgicum, Luneburgensem, cui vicinus Episcopatus Halberstadensis, & Meckleburgensem cum Ducatu Brunsuicensi, cui nunc præest Vlricus, frater Christiani Halberstadensis. Illa Electoratum Saxonicum cum Misnia, & Lusatia: nam Westfalia, quę Saxo-

niæ

iæ quondam fuit, nunc
lios Dominos habet. E-
ectoratui nunc præest
oannes Georgius, cuius
ula Dresdæ. Dvx Wir-
EBERGICVS in Sueuia
abet Tubingam & Stut-
ardiam ad Nicrum fl.
Dvx BAVARIAE habet
ngolstadium & Ratispo-
am ad Danubium. Dvx
ILESIAE Vratislauiam,
reslaw ad Oderam. Dvx
HOLSATIAE Slesvvicū,
egenburgum. WVRCE-
VRGENSIS Dvx præest
ranciæ Orientali, in qua
st Bamberga. COMITES
præcipui sunt isti, PALA-

TINVS, habens cis & trãs Rhenum, itemque ad Danubium amplas ditiones. Inferioris Palatinatus caput est Helderberga: Superioris Amberga: vtrique nuper, adsumpto etiã Electoris titulo præest Maximilianus Dux Bauariæ, post eiectum rebellionis titulo Fredericum Palatinum, Iacobi Britanniæ Regis Generum: factum id solemniter Ratisponæ Anno M. DC. XXIII. die 23. Febr. COMITES Embdensis & Oldenburgicus Frisijs vicini sunt, pertinentque ad

Fri-

riſiã Orientalẽ. LAND-
GRAVIATVS HASSIAE,
habet Caſſeliam & Mart-
burgum, cui prefuit Mau-
ritius Caluiniſta; nam
Darmſtadienſem habet
Ludouicus, cui etiam ad-
iudicatum eſt Martpur-
gum. In THVRINGIA eſt
Erfordia. MARCHIONA-
TVS BRANDEBVRGICVS
Sarmatis initio oppoſi-
tus fuit, nunc eſt Ele-
ctoratus, præeſtque il-
li Georgius Guilielmus.
In eo Marchionatu eſt
Iagerndorf. Archi-epiſ-
copus Magdeburgenſis,
eſt totius Germaniæ pri-

mas, habetque ſuffraganeos Merſeburgenſem, Michſnenſem, Brandeburgenſem, & Hauelburgenſem.

Electores Eccleſiaſtici ſunt tres, quorum primus MOGVNTINVS, ſub eo ſunt Epiſcopi,

Curienſis.
Conſtantiẽſis.
Argentinẽſis.
Spirenſis.
Wormaciẽſis.
Herbipolẽſis.
Auguſtanus
Aichſtedanus.
Hildesheimenſis.
Paterbornenſis.
Halberſtadienſis.
Verdenſis.

II.

II. COLONIENSIS, ſub
o ſunt Epiſcopi,

Monaſte- Leodienſis.
rienſis. Mindenſis.
Traiectenſis Oſnaburgē-
ad Rhenū. ſis.

II. TREVIRENSIS, ſub
o eſt Epiſcopus,

Metenſis. Verdunen-
Tullenſis. ſis.

Sæculares Electores
unt quatuor, Saxo, Pala-
inus, Brandeburgicus, &
Rex Bohemiæ.

Diuiſum eſt quoque
mperium Germanicum
n Circulos vulgò *Kreitz*
DesH. Romiſchē Reichs. Cir-

culum vocant Prouinciã vel ditionem Imperij ſingularem, certo iure ac ſocietate iunctã, ad mutuã aduerſus hoſtiles incurſus defenſionem. Vaſtũ enim illud Germanici Imperij corpus, quũ viderent Proceres, non poſſe ſimul facilè moueri, placuit diſtinguere in certos Tractus, quibus ſinguli præeſſent cõſilij capiẽdi Prę fecti quidam ſæculares, vt poſtea in comitijs Imperij tanto expeditius per ipſos ea peragerentur quę ad cõmunem ſui tractus ſalutem pertinerent. Ac

primum quidem sex tantùm Circuli fuêre constituti, Augustę, anno 1500. postea facti sunt decem, Anno 1522. Noribergæ, quod tamen alij Treueris factum asserunt anno 1511.

PRIMVS CIRCVLVS est FRANCONIAE in quo ad Consilium vocantur Ecclesiastici isti. Bambergensis Episcopus, Herbipolensis Episcopus, Eichstettẽsis Episcopus. Tum Magister Ordinis Teutonici, Prępositus Cambergensis, Abbas S. Gillens. in oppido Noribergensi.

Seculares Nobiles isti, Marchio Brandeburgensis: Comites Hennebergensis, Castellensis, Wertheim, Reineck, Hohenloe; DD. Reichesperg, Limpurg: Comites Horpach & Schvvartzenburg; denique etiam Ciuitates liberæ Noriberga, Rottenburgum, Winshemiũ, & Schvvinfurtum.

SECVNDVS CIRCVLVS est BAVARIAE constans & ipse tribus Ordinibus: in Ecclesiastico sunt Archiepiscopus Saltzburgẽsis, Episcop. Passauiensis, Episc. Frisingensis, Episc. Ra-

Ratisbonensis. Præpositus Berchtesgaden. Abbates Waldsachsensis, Rodensis, Keishaim, S. Haymer in Ratisbona. Abbatissæ Alt Munster, & Ober Munster. Seculares Nobiles Dux Bauariæ, Comes Palatinus, Bauariæ, Landgrauius Luchtenbergius, Comes Hage, Comes Ortenburg, Baro in Stauffen, Dominus in Rhinfelden, Baro in Degenberg, & Ouer-Sultzenberg: Denique Ciuitates Freystat & Ratisbona.

TERTIVS CIRCVLVS est

est AVSTRIAE, in quo Ordines tantùm duo Ecclesiasticorum & Nobilium. In illo sunt Episcopi, Tridentinus, Brixiensis, Goricensis, Segouiensis, Labachiensis, Viennensis: Magister Ordinis Teutonici, & Magister in Eelschtal. In seculari Ordine sunt, Archidux Austriæ, Comes Schaumberg, Baro Wolckenstain, Dominus Sensfter, Dominus Roggendorff, Comes Hardeck. Sed præter istos Imperij proceres numerãtur quoque in Austria Comitatus Thurn,

Thurn, Crentz, Ortenburg, Perneck, Garb. Baronatus liberi, Lādskron, Wanberg, Hohen, Oſtervvitz, Neuberg Gucten-hag Teufenbach, Mairhofen Avverſperg, Dorneck, Saravv, Flattēſtein, Schvvartenavv, Tunnſtain, Wachenthal, Hofkirchen Eitzingen. Dominia Aichelperg, Kaltēprun Maſſenberg, Stabēberg, Heggenberg, Stakenberg, Liecktenſtain, Leſenſtain, Puchaim, Luetkurt, Porges, Schonkirchen Schifftenberg Altēſperg, Hornſtain, Seiberdorff.

QVARTVS CIRCVLVS est SVEVIAE in quo tres Ordines, in Eccleſiaſtico ſunt Epiſcopi Curienſis, Conſtantienſis, Auguſtanus. Abbates Kempten, Reickenovv, S. Galli, Salmãsvveiler, Weingarten, Weiſſenovv, S. Blaſij, S. Petri, Maulbron, ſchaffhauſen, Steyn am Rhein, Kreutzlingẽ, Petershuſen, Schuſſenreidt, Rochenburg, Ochſenhauſen, Cuningsbrun, Marchtal, Elgingen, Yſne, Munchrod, Aurſperg, Yrſec, Gegenbach, Schutteren, Deſidiſen.

Abba-

Abbatissæ, Lindauien-
sis, Rottenmunster, Buc-
chavv, Guttẽzell, Beund,
Heppach. Postremũ Ma-
gistri duo Ordinis Teu-
tonici in Alsatia & in
Burgundia: Secundus Or-
do habet Principes Ducẽ
Wirtembergicum, Mar-
chionem Badensem, Co-
mites Helfenstein, Weis-
senstag, Oringen Lauffen,
Montfort, Furstenberg;
Marchionem Eberstein;
Comites quoque Tolle-
ren, Bultz, Loobenstain,
Tubingen, Kirchberg,
Tengen vel Dongen; Ba-
ronem Gundelfingert, &
Domina

Domina Stutgard, Tuſſen, Waldtpurg, Sonneberg, Halkenſtein, Kunſeck, Kunſeck-zerperg, Baroniam Geroltzeck & Ober Helvven. Tertius Ordo habet Ciuitates complures, Auguſtam Vindelicorum, Kauffbeurn, Vlmam, Memmingam, Kempten, Bibrach, Leukirch, Yſne, Wangen, Lindovv, Rauenſpurg, Buchorn, Vberlingen Conſtantiam, Pfullendorff, S. Galli oppidum Schaffhauſiam, Reutlingam, Eſſingam, Gmindam, Weil, Hailbrun,

brun, VVimsen, Hallam Sueuicam, Dinchilspuel, Bopfingen, Alen, Nordlingen, Donavverd, Buchavv, offenberg, Gengenbach, Zel in Hammerspach, Rotvveil.

QVINTVS CIRCVLVS est RHENI, constatque tribus etiam Ordinibus, Ecclesiastico, Principali, Ciuitatum liberarum. In primo sunt Episcopi Wormacienſis, Spirenſis, Argentinenſis, Basileenſis, Vesuntinus, *Bezancon*, Sedunenſis, *Zitten*

Zitten in Valia, Geneuenſis, Lauſannenſis, Metenſis, Tullēſis, Verdunēſis. Abbates, Hirsfeldenſis, Morbacenſis, & S. Gregorij. In ſecundo ſunt Principes, Duces & Comites ſeculares: Dux Lotharingiæ, Dux Sabaudiæ, Dux & Comes Spanheim, Marchio Badenſis, Dux Bipontinus, *Zweibruik*, Comes *Valdentz*, Lãtgrauius Haſſiæ, Princeps de Calim, Comes Naſſavv in *Sarbruck*, Comites Rheni, Dominus Rauenpoltzkirchen, Comites Bitſch, Salm, Hanavv,

navv, Lichtenberg, Leiningen, Falckenſtein; Dominus Morſpurg & Befort, Rapolſtain, Hohen, Rechperg Blankenberg, Blãmont in Lotharingia; Comites Weisbaden, Itzſtain, Kunigſtain; Dominus ab Eppſtain, Comes Iſenburg in Alſatia ſuperiore, Solms, Naſſavv in Weilburg, Seniuigen, Hanavv; Dominus Munzenburg; Comites Weſtenburg, Witgenſtain, Waldeck, Pleſſe. In tertio ſunt Ciuitates liberæ hoc ordine, Mulhusẽ in Sũdtgovv, Superioris Alſatiæ,

tiæ, Basilea, Colmaria, Kaiserſperg Turckhaim, S. Gregoris Munſter, ober Eberhaim, Straesburg, Roſenhaim, Schletſtadium, Hagenoa, Weiſſenburgum, Landauia, Spira, Wormacia, Francofurtum, Fridberg in Wedderavv, Wetzlaria, Metz, Toul, Verdun, Kauffmans, Sarbruck, Beſano caſtrum, Gliechhauſen caſtrum.

SEXTVS CIRCVLVS Imperij, eſt QVATVOR ELECTORVM, Palatini ſcilicet, Rheni, & trium Archiepiſcoporum Moguntini,

guntini, Treuirensis, & Colonienſis. Tum Ciuitatum liberarum, vt ſunt Mogũtia, Colonia, Treuiri, Getenhauſen, Principum & Dominorum, Palatini cum ſuo territorio, Comites Naſſavv & Beilſtein, Domini in Reifferſcheidt & Reinack, Præfecti Ordinis Teutonici Confluentiæ, Abbatis Sancti Maximini iuxta Treuiros, Præpoſiti Seltzenſis, Domini Nider-Eiſenburg.

SEPTIMVS CIRCVLVS eſt WESTPHALICVS conſtans tribus Or-

Ordinibus, Eccleſiaſtico, Principali, & Ciuitatum liberarum; Eccleſiaſtici ſunt, Epiſcopus Padebornenſis, Leodienſis, Vltraiectinus, Monaſterienſis, Cameracenſis, Oſnaburgenſis, Ferdenſis, Mindenſis. Abbates, Werdenſis, Stablonenſis, S. Cornelius Munſter, Echternacenſis, Corbeienſis, Heruordenſis. Abbatiſſa vna Eſſenſis. In Ordine Principum Seculariũ ſunt Dux Cliuiæ, & Comes Marchiæ, Dux Iuliacenſis, & Montenſis, Marchio Badenſis, Comes Embdanus

lanus ſiue Friſiæ Orien-
alis, Comes Sein, Comes
Dillenburg, Comes Ver-
nenberg, Comes Man-
derſcheid, Comes Wei-
da & Ringelberg, Co-
mes Meurſenſis, Domi-
nus Bronchorſt, Comi-
tes Steinfurt, Bentheim,
Dortmund, Oldenburg,
Dominns Bidburg; Co-
mites Hoya, Diepholt,
Schaumburg; Domini
Spiegelberg, & Vanen-
berg; Comites Arenberg,
Dierenberg, Lippenſis; &
Dominus in Somerauſs.
Ciuitates liberæ ſunt,
Colonia, Aquiſgranum,

Vesalia Inferior, Marce-
durum, Cameracū, Tre-
monia, Susatum, Duys-
burgum, Heruordia,
Brakel, VVartburg,
Lemgouia, & VVer-
den.

OCTAVVS Imperij
CIRCVLVS est SA-
XONIAE SVPERIO-
RIS. In hoc primus Or-
do est Episcoporum, in
quibus Misnensis, Mer-
spurgensis, Naumbur-
gensis, Brandeburgensis,
Hauelburgensis, Lubec-
censis, Caminensis; Ab-
batum Salfelt, Rotter-
hausen, Falckinrieten;

Abba-

Abbatiſſarum Quedelnburg, & Geronde. Secundus Ordo eſt Principum Secularium, in quo ſunt Dux Saxoniæ Elector, Marchio Brandeburgicus Elector, Dux Pomeranię, Princeps Anhaltinus, Comites Schvvartzenburg, Mansfeld, Stilburg, Hohenſtein, Buchlingẽ, Rappin, Mullingen, Gleiche, Leiſneck, VViderfels, Dominus Bernavv, Baro de Tautẽburg, Comites Regenſtein, Ruſſo de Plavv, Dominus de Gratz, & Dominus de Schõbourg.

Tertius Ordo est Ciuitatum liberarum, vt sunt Dantiscum, Elbinga, aliæque.

NONVS CIRCVLVS est SAXONIAE INFERIORIS, in quo Archiepisc. Bremensis, & Magdeburgensis; Episcopi Hildesheimensis, Lubecensis, Suernensis, Ratzenburgensis, & Schlesvvicensis. Hos sequuntur Principes, vt sunt Rex Daniæ propter Ditiones ad Imperium pertinentes; tum Duces Lavvenburgensis, Brunsvvicensis, Luneburgensis, Mechelburgēsis, Holsatiæ

atiæ; Comites Roffain & Delmenhorſt. Tertio loco ſunt Ciuitates libe-æ, Lubeca, Hamburgū, Mulhauſen, in Thuringia, Northauſen, Goſlaria, & Gottinga.

DECIMVS CIRCVLVS Imperij dicitur BVRGVNDICVS, habetque præcipuos Belgij Principes, Ducem Burgundiæ; Dominus de Bergē & Waelhem; Comites Egmondanum & Iſelſteinium, Hornanum; Comitem NASSAVV in Breda; Comitem Bergen: ſed & Ciuitates Imperiales, Antvver-

tvverpiam, aliaſque.

Ad hæc cùm propter Hunnorum, aliarumque Barbararum Gentiũ imminentem ad Germaniã vexandam, & vaſtandam nullus vnquam finis eſſet. Eo tempore feruntur aduerſus Barbarorum excurſiones, & ad mercaturæ commodum vtilemque vſum coiiſſe in Germania Vrbes maritimæ, quæque adſitæ fluminibus, cum maritimis illis commercia exercebant, conceptis certis quibuſdam fœderis capitibus. Conſpirarunt autem,

em, in eam ſocietatem
nde à Finnico ſinu, quod
ſt in vltimo receſſu ma-
is Balthici, vſque ad
Rheni oſtia Vrbes præ-
cipuæ: nomenque ſibi in-
diderunt Anſeaticarum,
Hanſeſtat, vel à mare
Teutonico, quod ad il-
lud ſitæ eſſent, hoc e-
nim eſt, *An zee*, vel à
fide quam dextera pan-
gere receptus gentibus
mos eſt: manum e-
nim Germani, *Handt*,
vocant. In eam verò
ſocietatem recipieban-
tur non niſi Ciuitates
Germanicæ maritimæ,

quæ ius habebant portarum ſuarum claudendarum & aperiendarum, ſiue illæ Principem agnoſcerent, ſiue omnino eſſent liberæ. Diuiditur autem Hanſa Teutonica in quatuor Regiones, Lubecenſem, Colonienſem, Brunſvvicẽſem & Boruſſicam : habetque ſibi ſociatas Vrbes LXXII. nimirum Vandalicas ſex, Pomeranicas octo, Boruſſicas ſex, Liuonicas tres, Saxonicas tredecim, Weſtphalicas decem, Cliuicas ſex, Marchicas ſeptem, Tranſiſalanas tres, Gelricas

ricas ſeptem, Friſicas tres. LVBECA ex aliorum cõſenſione caput eſt totius Anſeatici fœderis, tum ob faciles acceſſus: eſt enim medio pene loco ſita, tum ob Vrbis, Ciuiumque potentiam. In ea ſunt archiua ſocietatis, cum iure euocandi vicinas vrbes. Habet autem iunctas Ciuitates Wandalicas quinque, Hamburgum, Roſtochium, Wiſmariam, Stralſundam, & Luneburgum; ac præterea Pomeranicas, Stetinum, Anclemium, Golnauam, Gripſvvaldam,

Cobergam, Stadgardam & Stolpam. COLONIA AGRIPPINENSIS, quæ anno MCCCC. LXXXI. Anſeaticarum Vrbium numero iuncta fuit, primaria eſt ſecundæ Regionis Ciuitas, habetque ſibi ſociatas Ciuitates Cliuenſes & Markenſes, Veſaliam, Duisburgum, Embricum, Warburgũ, Vnnam, Hammam. Tum Weſtphalicas, Monaſterium, Oſnaburgum, Tremoniam, Suſatum, Herfordiam, Paterbornam, Lemgouiam, Bilefeldiã, Lippiam, Coesfeldiam.

Tum

Tum Geldricas, Nouiomagum, Zutphaniã, Rurmundam, Arnhemium, Venloam, Elburgũ, Hadervvicum; & Transisalanas, Dauentriam, Campos, Zvvollam; ac denique Frisicas Septentrionales, Groningam, Bolsvverdiam, Stauerам.

BRVNSVIGA, Primaria tertiæ Regionis Anseaticæ Ciuitas habet sub se Vrbes Saxonicas Magdeburgum, Goslariam, Embecam, Gottingam, Hildeshemiũ, Hannoueram, Vlsam, Buxtehudã,

Stadam, Bremam, Hainmelam, Mindam. DANTISCVM primaria Boruſſiæ Ciuitas habet ſub ſe Regiomontum, Colmariam, Toruniam, Elbingam, Brunsbergam; Liuonicas quoque Vrbes, Rigam, Dorpatum, & Reualiam, quæ Germanica vtuntur dialecto, cęteris Slauonicam ſonantibus. Eſt & in Noruegia Berga Iuris Anſeatici. Harum omnium fœdere inter ſe iunctarum dici non poteſt quanta ſit potentia multa illarum prę-clarè geſta refert Crantzius.

ius: Hoc constat illa-
um ope grauia bella o-
im fuisse composita, dis-
cordias vicinorum Re-
gum Principumque sopi-
tas, pacem restitutam,
quod magnum crederē-
tur momentum ipsorum
potentia allatura, si se al-
terutri parti adiunxissent;
merito vt societas ista
Teutonica sequestra pa-
cis, publicæque per Ger-
maniā tranquillitatis pa-
cificatrix, multis iam sæ-
culis habita sit: Earum-
que ope ad Belgas, An-
glos, Gallos, Hispanos,
Italos merces deferuntur
ne-

neceſſariæ, triticum, ſiligo, lana, cera, corium, canabis, linum, pix ſolida & liquida, chalybs, ferrum, piſces aridi, ſalſamenta, trabes quernæ & abiegnæ, mali, & quicquid præterea terræ Septentrionales in vſum humani generis benignè ſuppeditant. Vtque commodior eſſet mercium iſtarum per reliquum orbem diſtributio, impetrarunt diuerſis in locis ius inſtitorium exſtructis illic ob commercia agitanda ingentibus aulis & obtẽtis varijs priuilegijs.

Qua-

Quatuor autem fuêre eusmodi primaria Emporia: *Nouogrod* in Russia, *Londinum* in Britannia, *Brugæ* in Belgica, & *Bergæ* in Norvvegia. Hisce in Vrbibus liberum, permissumque erat, omnibus in Anseaticis Vrbibus natis, morari, mercaturam exercere, & priuilegijs frui Teutonię societatis, iuxta leges ad eã rẽ à reliquis vrbibus ipsarumq; legatis de publica sententia constitutas. Habent autẽ leges illæ capita ad honestã iuuentutis educationem pertinẽtia.

Iuue-

Iuuenes enim, in illis collegijs domo procul educabantur, qui simul atque ad coniugium animum appulissent, cogebantur in patriam aut alio discedere, ac per proxenetam iuuenem vel famulum res suas administrare. Collegio præerat in singulis vrbibus Præfectus senior, quem alij Consulem ipsi *Aldermannum* vocabant. Is cum assessoribus constituebat Senatum Mercatorum, habebatque adiunctum sibi Secretariũ, quæstorem, archimagirũ, alioſq; necessariorũ mu-

ne-

erum administratores,
ui cum Lubeccensi Se-
atu communicabat, res
leraſque ac controuer-
ias diiudicabat, nec da-
batur ab ipſorum ſenten-
ia niſi ad alias Ciuitates
Anſeaticas appellatio.

CVRIA ſiue Tribunal Forenſe litium decidendarũ in Imperio, eſt Spirę Nemetum in ripa Gallica. Titulus Imperatoris, ex quo res ad domũ Auſtriacam delata eſt, ſic ferè concipitur.

Dei gratia electus Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ,

niæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatię, Slauoniæ Rex; Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Danubius, *Donaw*, omnium Europę Fluminum maximus, inter lacum Constantiensem & Nicri fontes *der Neker*, haud procul Schafhusia in Hercynia oritur, decurritque per Sueuiam & Alemaniam, vbi est Vlma, itemque per Bauariã, Austriam, & Hungariam, ac sumpto Istri nomine

mer-

nergitur Ponto Euxino, *Schwartz-meer*, quinque oſtijs: Influunt in ipſum mnes LX. quorum præcipui, ex parte dextera, Lechus, *der Lech* ad quem Auguſta Vindelicorum, *Augsbourch*. Iſera, ad quã Friſinga, vrbs Epiſcopalis. Ænus, *der Yn*, qui Æniponti nomen dedit, *Ynſpruck*, vrbi Metropolitanæ, cuius ſuffraganeæ ſunt, Tridentina, Paſſauienſis, Vienna Auſtriæ, Gurca, Brixia, Friſinga, Secouia & Chyema. Recipit autẽ Oenus *der Ihn*, Salizam ad quem ſita eſt

Saltz-

Saltzburgum, dicta quõ-
dam Iuuauia, ſedes Ar-
chiepiſcopalis; Aniſam,
die Ens, qui Bauaros à
Pannonijs ſeparat; Tum
Arabonem, *die Rab*, &
nobiliſſimos amnes Dra-
uum, *die Trab*; Sauumque
die Saw. Deinde Mora-
uam & Ieterum. Siniſtra
ripa accipit Alemonem,
ad quem eſt Eichſtadiũ.
Reginonẽ ad quem Ra-
tiſpona, & ex Carpatho
monte decurrentes, Teyã
ſiue Tibiſcum, *die Theis*,
& Malkam, qui iuncti,
Danubio miſcentur.

AVSTRIAE, *Oeſterich*,
caput

caput est Vienna vernaculè, *VVien*, Slauonicè, *VVidme*, apud Turcas, *Betz*, ad Danubij ripam sinistram. Austrum versus ei assidet STIRIAE Ducatus, *Steirmarck*, inter Muer & Mietz amnes qui in Drauum influunt. Est & Ducatus CARINTHIAE Germanicè *Karnten*, *Krain*, *Karst* inter Muer & Drauum, cuius incolæ strumosi. Est denique & CARNIA hisce omnibus Australior. Totius Austriæ primaria vrbs vt dictum, est, Vienna ante Christi Seruato-

uatoris natiuitatem cul-
ta à Sarmatis & Windis,
quibus succesſerunt Boij
Senones, alijque quos Ti-
berius Nero in Prouincię
formam redegit. Vinde-
bona dicitur in Itinera-
rio Antonini. Ptol. Iu-
liobonam vocat, dicta
etiam eſt Fabiana, atque
ad hanc appellationem
maximè accedit, vulgata
& trita apud adcolas ap-
pellatio *Biana*. Clarã vr-
bem fecit obſidio Turca-
rum, 1529. fortiter à ciui-
bus tolerata, in qua Tur-
carum 80. millia perijſſe
memorantur; eſt & Impe-
ratoria

ratoria sede nobilis. Historia huius vrbis peti potest à Lazio & Ottone Frisingensi. Vrbẽ Fredericus II. ornauit auxitq; vt & sequentes ferè omnes Austrię Duces. Nobilissimum in ea Gymnasiũ artium scientiarumq; cõstitutum est à Frederico Imp. renouatũ postea ab Alberto Archiduce anno 1356. Sunt pręterea vrbes multæ & antiquæ, & nobiles in Austria, maximè tamen insignes, Lintziũ, Styra, Wadenhoffum, Melicum Castellum, antiquitus Claudionum: Cre-

Cremisium Cetro castellum, hodie *Zeisselmaur:* Santohippolitus, Neuburgum duplex, alterum à cœnobio, à frumento alterum dictum. Lacus complures habet, cuiusmodi sunt, *S. VVolfgangi, Vsserſee, Filleſee, Eynſilerſee.* Fluminibus irrigatur permultis, horum Danubius vt supra dictum primus est; olim Regionis terminus nunc eam mediam secans, reliqua sunt Athosinus, Genus seu Onasus, Tranus, Traunus, Erlaphus, qui ad cellam templo Virginis Matris

celebrem

elebrem ex lacu amœ-
riſſimo oritur. Montibus
nultis attollitur, quo-
rum præcipui ſunt Cæ-
rius mons, vulgò *Calen-*
berg, à Danubio ad Dra-
ıum fluuium extendi-
ur: eius portiones ſunt
Schneberg, *Semering*, *Kem-*
berg, *Hertperg*, *Deubſperg*,
Heuſtperg, *Plaitz*, Cogna-
nus mõs hodie *der Hem-*
burgerberg, à Danubio ad
Strabonem trahitur. Syl-
uis hinc inde conſperſa
eſt Regio quæ Hyrciniæ
quoque portiones ſunt ac
Lunę ſyluæ, dicunturque
nodie, *der Freyſtetter VVnd*

Konigwiſer VValdt.

HVNGARIA, *Hongeren*, partem tenet veteris Pannoniæ, quæ tota Ciſdanubiana Iazygumq; fuit, & DACIAE, quę fuit Tranſdanubiana. Eſt autẽ Hungaria Turcorum Imperio proxima, qui in ea quidem occupauit Belgradum Anno 1420. Strigonium, & Valponem anno 1443. Quinque Eccleſias, anno 1543. Budam, anno 1526. Albam Regalem 1543. Singidunum, anno 1439. reliqua pars adiuta Principum Catholicorum opibus, ho-

tilem vim adhuc fortiter ſuſtinet. Nam Caluiniſtæ ab Eccleſiæ defenſione ſunt alieniſſimi. Lacus habet celebres & nobiles, quorum præcipuus eſt *Balaton*, qui Germanis *Platze*, dicitur quadraginta milliaria Italica, ſecundum latitudinem habens, & Hungarica VIII. Flumina ſunt nobiliſſima Danubius, Sauus, Drauus, & Tibiſcus, horum tres priores communes ſunt nonnullis alijs Regionibus; ſed Tibiſcum totum ſola Hungaria ſibi vendicat.

Montes & ſyluæ præci-
puæ ſunt *Tarchzal*, Græ-
cis, *Carpatus*, propagatur
per diuerſos Comitatus,
cuius nomina Germano-
rum locorum incolæ a-
lijs atque alijs nominibus
indigitant, *den Vater*, *den*
Munch, *den VVurtgarten*,
den Schnepberg. Secundus
eſt *Matran* Vinetis prope
Agriam conſitus. Tertius
omnium ampliſſimus *Er-*
del. Adminiſtratio Eccle-
ſiaſtica penes duos eſt Ar-
chiepiſcopos qui ſunt *Grā*
vel Strigonienſis. Lega-
tus Apoſtolicus & Pri-
mas Regni habet ſub ſe
Agrien-

Agrienſem, Vacienſem, Nitrienſem, quinque Eccleſienſem, Veſprienſem, qui Cancellarius eſt Reginæ quam etiam coronat, & Iaurienſem vulgò *Rab*, Epiſcopus Coloſenſis, ſiue *Colotz*, ſub quo ſunt Sagabrienſis, Tranſiluanienſis, Voccadrenſis, Viſemburgenſis, Suinienſis, Cenadienſis, ſiue *Chonad*, Boſnienſis. DACIAM hodie vocamus Tranſiluaniam, vel *Sibembergiam*, quaſi dicas, Septem caſtrenſem, à ſeptem vrbibus, quarum primaria eſt Cibinum: *Hermanſtat:*

manſtat : eam mediam interſecat Mariſus fluuius.

SILESIAE, *Sleſingen*, amnis præcipuus eſt Odera, qui eſt Veadrus, *die Ader* dicitur, in quem vndique plures amnes & riui confluunt, Elſa, Ola, Bobrus, Baruſius, & alij. Metropolis eius eſt Vratiſlauia, Budorchis, vt quidam volunt Ptolom. vulgò *Breſlaw*, à CASIMIRO Rege Poloniæ Epiſopatu donata, & tam multis incrementis aucta, vt eius Ciuitatis Antiſtites

Au-

Aurei Episcopi ob diuitias, & omnium rerum copiam dicerentur. Sunt præterea in hoc tractu Duces xv. Lignicensis, Bregensis, Teschinensis, Monsterbergensis, Olsuicensis, & Becustadiensis, tres veteres familiæ, videlicet Liguicensis, Teschinensis, & Monsterbergensis, adhuc obtinent, Trapauiensis, Opoliensis, Nissensis, Vratitislauiensis siue *Breslaw*, Svviduicensis, Hurensis, Glagourensis, Ratisbonensis, & Saganiensis, sed hos postremos

Reges Bohemię, extinctis veteribus Dominis adepti sunt. Baronum tres familiæ videlicet à *Trachenberg*, *Vertenberg* & Plessensis.

Infra Silesiam est MORAVIA vulgò *Marnhern*, paret hodie potior pars Regibus Bohemiæ, reliqua pars alijs Primoribus & Baronibus subest. Gentis caput ac Marchionis sedes est Brunna Germanicè *Brin*, Bohemici *Brno*: est & Olmuzium, alijs Olomontium *Olmitz*, Sedes Episcopalis: Vologradensis prius dicta. Vr-

bibus

bibus præter has plurimis domibus, mœnibus, turribus, & id genus ædificijs clarissimis abundat: cuiusmodi sunt, *Zwoyma*, *Radisch*, *Iglauia*, Noua Ciuitas *Newstetl*, *Niclasberg*, Mons Nicolai, *VVeiskirchen*, *Cremser*, *Boserlitz*, olim Marchionum sedes & complures aliæ. Amnium in Morauia Princeps Moraua seu Marauaha, Ciabrus Ptol. vulgò *die Marche* habetur, qui Olomuzium principē ciuitatem circumfluit. Prę-ter hunc præcipui sunt Theya vel Deins, Thar-

sa Dabruuio, *Igla* à quo Iglauia vrbs nomen sortita est. In huius Regionis pagis varij habitant Anabaptistæ omniũ bonorum communionem professi. Comitatus habet *Huckenwaldt*, *Schonberg* Domina *Lomniez*, *Dubrantiz*, *Gemnicz*, *VValstain*, *Pietnix*, *Neuhaus*, *Telesch*, *Bozkowitz*, *Trebitsch*, *Dirnouuitz*, *Ragetz*.

POLONIA, vulgò *Pole*, diuiditur in maiorem & minorem, cuius pars maior siue Germanica cis Vistulam sita est, eamque mediam intersecat

cat Varta fluuius. Ciuitates principales istę Posnamia, *Posna*, ad Vartam & Posnam fluuios inter colles condita, muro duplici, ædes habet lateritias amplas & multas. Habet nũdinas binas admodum celebres, & Episcopatus sedem. Calisia, *Kalisch*, ciuitas est muro circumdata, inter paludes, quam Prosna flu. præterlabitur. Guesna etiam muro circumdata est, in planicie, inter lacus, collesque. Hæc prima omnium Ciuitas à Lecho condita est: in hac

Princeps Poloniæ Boleslaus Chabri ab Ottone III. Romanorum Imp. Regium diadema accepit, quo adhoc vsque tẽpus Reges Polonię vtuntur. Sunt quoque inter præcipuas Poloniæ Maioris Ciuitates, Siradia, Breſtia, Raua, Petricouia, *Pioterkow*, tribunal regni vnum, Lanciſia, Cuiauia Biſtgoſtia ad Budam fl. nauigabilem, quo merces ex Polonia in Viſtulam deferuntur. *Ploozko* amœna Ciuitas in collo ad Viſtulam Sedes eſt Epiſcopalis, omnes hæ Ciuita-

uitates habent sub se permulta Oppida. In Polonia verò Minore Vrbes principales sunt hæ Cracouia, *Cracaw*, Sandomiria, *Sandeez*, & Lublinũ, *Lubliniez*, Sedes altera Tribunalis : vbi etiam quotannis triplices sunt nundinæ ad quas conueniunt Turcæ, Armeni, Græci, Germani, Moschouitæ, Lithuani, alijque. Cracouia in planicie ad Vistulam exstructa est (eã Petrus Appianus putat esse Ptol. Carrodunũ) muro duplici, valloq; firmissimo. Arcem habet in

sco-

scopulo eminenti, quem *Vanel* dicunt. In hac vrbe Regum Poloniæ sedes est & sepultura, Gymnasium quoque celebre studijs Philosophiæ & artium. Habet denique Poloniæ Regnum stagna permulta & lacus, in quibus omne piscium genus. Nobilissimis etiam fluminibus rigatur, quorum primum est Vandalus siue Vistula Germanis *die VVeixel*. Sequuntur Chronus nunc *Pregel*, *Njennen*, *Ruhou*, Viadrus, Varta, Tyras, nunc *Vyester*, Hypanis hodie *Bugh*, Boryſthenes,

nunc

nunc *Nepper*. Montes ferè nulli sunt, præterquã, qua in meridiem vergit, ac ab Hungaria, Sarmaticis, Carpathijsque montibus quos *Tauri* incolę vocant, dirimitur. Syluis pænè omnis Regio obducitur, quæ Hercyniæ portiones sunt, videlicet, *VVschow*, *Sremck*, *Prenez* & *Rogotzno*.

BORVSSIA vel Prussia, *Preussen*, in Regiam & Ducalem diuiditur: fuitque olim vtraque Equitum Teutonicorum. Poloniæ Rex vtramque Vistulæ ripam, vsque ad illius ostia hoc tempore imme-

immediatè possidet. Insula quoque Vistulâ & Nogato concluſa & omnia ad recentem ſinum Oppida & Arces, Elbinga, Tolkenit, Fravvenberga, & Brunsberga, vſque ad Paſſariæ oſtiũ: & tota Varmienſis Diœceſis ditio, ad meridiem ampla, & Oppidis, agriſque cultiſſima, Veſicæ inſtar media in Ducali Boruſſia pendens, in Regis ſolius ſunt poteſtate. In illa ſunt, Marieburgum, *Margenburg*, Torunia, Culma, Varmia, Gedanum, *Danzick*, quam

à

à Rege Poloniæ in feudũ tenet Georgius Guielmus Elector Brandeburgicus; sunt Elbinga, *Elbingen*, & Mons Regalis, *Koninghberg*, Emporia satis nota. In littore huius Tractus colligitur Succinum, quod incolæ vocant *Branstein* ab Vrendo & *Augstein*, quod oculis prosit: Græci Electrum vocarunt, quoniam Sol vocitatus sit Elector, respicientes nimirum ad fabulam Phaëthontis. Sunt etiam in Ducatu Borussiæ duo Episcopi, Sambiensis, qui Re-

Regiomonte, vulgò *Koningſperg*, & Poſanienſis, qui in *Marienwerder* ſedet, quibus iuriſdictio Eccleſiaſtica integra & non impedita.

Habet duodecim Ducatus, quorum nomina Sudauia, Sambia, Natangia, Nadrauia, Slauonia, Bartonia, Galinda, Warmia, Hogerlandia, Culmigeria, Pomeſania, & Michlouia. Fluuij præcipui ſunt Viſtula, *Nemeni*, *Cromon*, *Nogat*, *Elbinga*, *Vuſura*, *Paſſaria*, *Alla*, *Pregol*, *Oſſa*, *Vrebnicz*, *Lica*, & *Lauia*, in quibus, vt & in

n lacubus, diues piſca-
io.

Habet & ſyluas cæduas, vnde vis ingens lignorum, & ad nauale m vſum, & ad domeſticum conuehitur; teretumque arborum ad malos nauium accommoda, quæ inde ad remotiſſimas oras deferuntur; aluntque multa ferarum genera; quæ præter vrſos, apros, ceruos, quibus abundant, proferunt Vros excellenti vi & velocitate, vulgò Bubulas, vel *Buffelen* vocant; gignunt & Alces, vulgò Elandes vel

Elend

Elend, ei Ictides vulgò Martes vel *Marteren* vocant.

LIVONIA siue Leuonia vulgò *Liefland*: diuiditur in tres partes locis & linguis distinctas, videlicet in Estiam, Litteam, & Curlandiam. Estorum Prouinciæ sunt Harria, cuius metropolis est Reuallia, *Reuel*, aquilonẽ versus ad mare Balticum sita nihilo Riga inferior. Ciues Ius habent Lubecense, monetamque cudunt quadrangularem; Viria in qua Borcholm Episcopi Reualien-

ualienſis ſedes. Odenpoa in qua Topatū ſiue *Derpt*, Vrbs Epiſcopalis & mediterranea. Ieruia, vbi *VVittenſtein*, *Lais*, *Ouerpolē*: Wichia, vbi *Abſeel*, *Leal*, *Lode* & *Parnouia*. Eſtis adiacent Inſulæ *Oſilia*. *Dageden*, *Mona*, *VVormſe*. *VVrangen* & *Kien*, & aliæ plures, in quibus partim Eſtica, partim Suecica lingua vtuntur.

Lettorum Vrbes ſunt, *Riga*, *Kokenhuſen*, *VVenden*, *VVolmar*, & tota Diœceſis Rigenſis. *Riga* primaria totius Liuonię Ciuitas eſt ad Duinam, qui

ſe

se in sinum Venedicum exonerat.

Curlandiæ Oppida & arces sunt, *Memel*, *Goldingen*, *Canda*, Winda quæ Polonis dicitur *Kics*, Germanis *VVenden*, celebris iam olim, ob aulam Magistri Ordinis Teutonici, in qua etiam Comitia celebrari solita: nunc Polonicis præsidijs obsessa est.

Fluuij sunt, Duina, Winda, & Beca, incolis *Einbeck*. Cæterùm in Liuonia permulti adhuc Gentilium ritu viuunt verâ Dei cognitione destituti,

tituti, alij Solem adorant, alij lapidem, sunt etiam qui serpentes, & dumeta. Mortuum aliquem terræ mandaturi, genialiter circum cadauer epulantur, defunctumque inuitant ad bibendum cottabo etiam superinfuso. Postea deponunt in sepulchrum, adduntque ei securim, cibum, potum, & nummos aliquot pro viatico: inclamantque, abi in alium orbem Teutonibus imperaturus, quēadmodum tibi, tuisque imperarunt.

Dicuntur etiam multa de Licaonibus, qui hic frequentes esse feruntur. Scriptores qui fide digni videri volunt, inter quos Olaus Magnus homines quosdam in hoc tractu, quotannis in lupos conuerti affirmant. Eius verba hîc apponerem, si breuitas operis id pateretur. Vide Olaum Magnum lib. XVIII. cap. XLV.

LITHVANIAE, *Littauw*, magnus Ducatus nunc in decē Palatinatus seu Prouincias præcipuas est diuisus, quarum Metropolis & Caput hoc tempore

est

ſt Vilna, indigenis *Vi-*
euski, Germanis autem
vulgò *die VVilde*, quæ ad
Viliæ, & Vilnæ confluē-
es anno M.CCC.V. à Ge-
limino Duce condita,
nunc eſt Sedes Palatini
nter Lituanos primi &
Epiſcopi Romanæ obe-
dientiæ: Leopolienſi Ar-
chiepiſcopo ſubditi, &
Metropolitani Ruſſiæ:
qui ſeptem ſub ſe Epiſco-
pos Græci ritus habet.
Secundus Palatinatus eſt
Trocenſis habet Grod-
nam ad Gronium flu. vbi
Stephanus Rex Poloniæ
obijt. Tertius Palatina-

tus est Minscensis, vbi *Minsko* Ciuitas, & arx *Keidanow*. Quartus Palatinatus est Nouogrodensis, in quo *Nouogrodeck* Ciuitas ampla & lignea. Quintus Palatinatus est Brestiensis à Brestia Ciuitate ampla & lignea, sic denominatus, & in hoc Ciuitas *Pinsko*. Sextus Palatinatus est Volhiniæ, in qua *Luczko* Episcopi sedes. Septimus est Kiouiæ, quæ vrbs quondam ampliſſima & vetuſtiſſima, vt ruinę quę ad ſex milliaria ſe extendunt, facilè indicant;

fuit

uit ad Borysthenem sita, bi sunt *Circaß*, *Kaniow*, & *Moser* Oppida. Octauus Palatinatus Miecislauiensis ad Sosam, & Borysthenem in finibus Moscouiæ, ibi *Sklow*, Comitatus. Nonus est Vitebsciensis, in quo *Vitebsk* Ciuitas ad Duinam fluuium sita, & *Orsha* ad Borysthenem. Decimus Palatinatus est Polocensis, ibi Disna, *Drissa*, & *Druha*, Oppida cum arcibus visuntur.

Prouinciarum autem Luthuaniæ Palatinos & Castellanos, Sigismundus

Augustus Poloniæ Rex
in comitijs Lublinensi-
bus in vnum Reipublicæ
corpus, cum Polonis vni-
uit; & certum singulis
Proceribus, Episcopis,
Palatinis, & Castellanis
Lithuanis locum ac or-
dinem in senatu Regni
attribuit; ita vt ex vni-
uerso Regno Poloniæ,
omnibusque Prouincijs
illi coniunctis sint in Se-
natu Episcopi quinde-
cim; Palatini triginta v-
nus, Castellani maiores
triginta, minores quin-
quaginta, & qui Officia-
les Regni nominantur,

Mar-

Marſchalci Regni & Cu-
iæ Cancellarij, & Vice-
Cancellarij, & Theſaura-
rij duo. Amnes habet *Oſ-*
tol, *Iugra*, minor Tanais,
Vilia, Niemen, Duina,
Beriſthones nunc *Nieper*,
qui ex terra plana & pa-
luſtri ortus per Ruſſiam
delatus in Pontum Euxi-
num tandem exit. Eſt
præterea Regio ſiluis o-
perta quæ admodũ ma-
gnæ ſunt decem, aliquan-
do quindecim milliariũ.
PODOLIA ſita eſt ad Ty-
ram flu. qui *Nyſter* dici-
tur, Regio eſt fertiliſſi-
ma, ſemel ſeritur, ter me-

titur: pratis ita luxuriat, vt sæpè boum cornua vix è gramine appareant. Vrbes præcipuæ sunt, *Kiouia*, *Camienet*, *Bar*, *Miedziboſz*, *Brezania*, & *Brahlaw*.

RVSSIÆ vel Moscouiæ, *Moſcaw*, Metropolis est *Moskwa* vel *Moſco*: Sedes Patriarchæ ac Magni Ducis Regia: habet quidem duas Vrbes Archiepiscopatus, octodecim autem Episcopatus dignitate nobiles. Archiepiscopales sunt, Rostouia, vulgò *Roſtow*, & Nouogrodia, hęc nõmultis

tis ante annis totius Moſcouiæ caput fuit. Lætatur Moſcouia fluminibus plurimis : inter ea agmen ducunt Boriſthenes, Turuntus, qui & *Rubo*, ac *Duina*, *Rha* qui & *Volgo* & *Edel*, Tanais vulgò *Don*, *Scad*, *Occa*.

ITALIA Alpibus ſeparatur à Gallia & Germania, cætera cingitur mari Liguſtico, Tyrrheno, Siculo, Adriatico. Mons Apenninus medio eius dorſo incumbit, pertingẽs inde à Liguria vſque ad mare Siculum, occupanſque quartam ferè

Italiæ Partem. Amnes nobiliſſimi ſunt, Padus, qui & Eridanus, *Il Po*, Atheſis Italis *Adeſe*, Germanis, *Eſch*, Arnus, *Arno*, Tiberis, *Tibere*. Padus recipit ex Alpibus Duriam, Ticinum, *Tiſino*, Abduã, *Adda*, Ollium, *Oglio*, Mincium, *Minzio*. Parte altera ex Apennino, Granam, Tenerum qui *Stura*, Bormium, Seraiam, Gabellum, Trebiam & Rhenum, qui fluit per Bononiam. Vix autem duæ tertiæ partes Italiæ habent flumen nauigabile. Tiberis recipit Clanim,

Cliam,

Cliani, Narem, *Nera* & Anienem *Teuerone*. Post Tiberim sequuntur Liris, nunc *Garigliano*, Vulturnus, Silurus, Sybaris, quē nunc vocant *Cocito*. Inde pergentibus ad mare superum occurrunt, Aufidus, *Louanto*, Horatij versibus & clade Romanorum aduersus Asdrubalem clarus: postea Aternus, *Pescara*, Metaurus, *Metro*, cuius in ripa Asdrubal Annibalis frater cæsus fuit. LACVS in Trāspadana regione sunt, Vrbanus, *Lago Maior*, qui Ticinum recipit, Cere-

lius, *Lago di Lugano*, Larius, *Lago di Como*, qui recipit Abduam, Sebinus, *Lago d'Iseo*, qui Ollium transmittit. Benacus, *Lago di Garda*, per quem fluit Mincius, *Menzo*. In Hetruria, Perusinus, qui & Trasimenus, & Vulsinus. Portus autem sunt Olivunlæ, Anaonis, Auisonis, Herculis, Monæci, Maurici, Albingauni, Vadorum Sabariorum, Sauonæ, Genuæ, Delphini, Erycis, Lunæ, Pisanus, Vadorum, Papulonij, Fauonæ, Scabrorum, Telamenis, Herculis,

Gra-

Grauiſcæ, Auguſti, An-
ias, Caietæ, Iulius, Ba-
anus, Vilinus, Metaurus,
Oriſtis, Caſtra Hannibalis, Tarentinus, Brundiſinus, Garnæ, Agaſus, Anconitanus, Ariminenſis, Rauẽnas, Peretolus, Liuenza, Polæ, multiq; alij. Mõtes ſunt Appenninus, & Alpes, multa Alpium nomina, in veterum monumentis occurrunt, quæ indicant, multas quoque Alpium partes, per quas itinera patuerunt. Ea ſunt Alpes Maritimæ, quæ & Liguſticæ Cottiæ, Graiæ, Peninæ,

Alpes summæ, Lepontiæ, Rheticæ, Iuliæ, & Carnicæ. Adhæc valles campiq̃ue suis superbiunt Siluis, Lucis, Nemoribus; In Etruria qui hodie saltus vernacule *Bosco di Mõte Fiacone*, Volsinio quod vulgò *Bolsena* Viterbio euntibus occurrit. Valsinensium Lucum ab Antiquis appellatum tradit Leander, & alia quæ volens prætereo. Academiæ per Italiam sunt viginti, ex quibus quatuor vltimæ magna ex parte interierunt, & sunt hæ, Romana, Mediolanensis, Bo-

Bononienſis, Patauina, Papienſis, Neapolitana, Peruſina, Salernitana, Piſana, Ferrarienſis, Senenſis, Florentina, Veneta, Bergomenſis, Mutinenſis, Taurinenſis, Parmenſis, Placentina, & Maceratenſis. Referã huc quæ de variarum Ciuitatum conſilijs leguntur in quadam membrana: In conſilijs (ſcriptum ibi) *Mediolanenſes*, præſtantes: *Veneti*, prudentes: *Lucani*, temerarij: *Piſani*, inconſtantes: *Placentini*, prouidi: *Florentini*, lenti: *Veronenſis*, fideles: *Ferrarienſis*, cauti:

cauti: *Genuenſes*, ignari: *Lucenſes*, vtiles: *Volſci*, maligni: *Brutij*, ſtupidi: *Mutinenſes*, accuti: *Peruſini*, celeres: *Senenſes*, tardi: *Patauini*, ambigui. Itali cũ lacte voluptatem imbibentes propenſi ſunt in mollitiem: in Venerem ſoluti. Vindictæ vehementer ſunt cupidi: eamque vita ipſa iucundiores cenſentes. Mulieres porrò variarum Ciuitatũ, depingit ſcitè membrana quædam ſupra citata, quæ inter alia habet: *Senẽſes*, pulchræ: *Florentinæ*, delicatæ: *Peruſinæ*, elegantes: *Caietanæ*, formoſæ: *Conſentinæ*,

obſtinatæ : *Beneuentanæ*, ruſticæ: *Bononienſes*, arrogantiuſculæ : *Mutinenſes*, benignæ : *Ceſenates*, rapaces: *Genuenſes*, ſalaces: *Cremenſes*, fallaces: *Placentinæ*, difficiles: *Lucenſes*, caſtæ : *Piſtorienſes*, faciles : *Romanæ*, graues: *Capuanæ*, ſuperbæ: *Neapolitanæ*, ſolicitæ : *Brunduſinæ* inertes: *Ferrarienſes*, auidæ: *Rauennates*, humanæ : *Vrbinates*, adfabules: *Vincentinæ*, conſtantes: *Parmenſes*, auaræ: *Papienſes*, lucri-cupidæ : *Mediolanenſes*, vrbanæ : *Pedemontanæ*, procaces: *Venetæ*, petulãtes: *Veronenſes*, gratioſę: *Brixianæ*, diligentes:

Formianæ, ſpecioſæ : *Laudenſes*, ſuperſtitioſæ: *Cremonenſes*, ſumptuoſæ: *Taruiſianæ* Zelotypæ : *Bergomates*, aſtutæ : *Aretinæ*, tenaces : *Puteolanæ*, bellæ.

In fronte Italiæ eſt PEDEMONTIVM, vulgò *Piemõt*, in quo Auguſta Taurinorum, *Turino*: Auguſta Prætoria, *Oſta*, Salutiæ, *Saluze*. MONSFERRATVS, *Montferrato*, habet Albam Pompeiam, vulgò *Albã*. LIGVRIA, nunc *Riuiera de Genoa* vocatur: Genuã, *Genua*. In LOMBARDIA præcipuas tenet Ducatus Mediolanenſis; Supra eũ

ſunt

unt RHAETI; quorum
rbs Curia, *Coyre*, & ad
Abduam VVLTVRENI.
Parte altera versus mare
Adriaticum est FORVM
IVLII Italis hodie *Friuli*,
Germanis *Friaul*, Venetis
alijsque *Patria* nuncupa-
tur, metropolis huius Re-
gionis Vtinum vulgò *V-*
dene, Germanis *VVeyden*,
vrbs est ampla & magni-
fica rebus omnibus ne-
cessarijs adfluens. Ambi-
tus eius milliarium est
quinque: Veneti hodie
Remp. regunt missis eo
præsidibus quos *locum te-*
nentes vocant. Flumina
ad

ad hanc Regionem pertinem, Romantinum, Tilauentium, Sontius, Frigidus, Natiſo, Alſa, Turrus. Sunt indiginæ ad humanitatis artes, mercaturam, aliaque honeſta ſtudia aptiſſimi. Eſt ISTRIA Latinis Græciſque Scriptoribus ſatis nota nomẽ hodie ſeruans Germanis *Hiſter-reich*, quaſi Iſtriæ regnũ dicta ex parte Venetorum eſt, ex parte Auſtriacorum primaria Ciuitas Iuſtinopolis, vulgò *Cabo d'Iſtria*, arcem habet in medio quatuor munitã turribus. In Venetorum

hodie

hodie est ditione. Fluuij Istriæ sunt Risanus, Draconia, Quietus, Lemus, Arsia; Incolæ re sunt tenuiore. Venetis omnẽ negotiationem ad se trahẽtibus. Est CARNIOLA quam duplicem statuunt: siccam scilicet quę aquarũ indiga est: alterã irriguã, in qua Sauus fl. ortum habet, & Nauportus qui *Labaco* hodie dicitur, & alij plures fl. Ducatus titulo ornata est: vrbs primaria Labacum eiusdem cum flum. nominis. Est TIROLENSIS Comitatus, vulgò *Tirol*, qui fructuum, rerum-

rerumque ad vitam necessariarum, necnon auri, argenti, metallorumque omnis generis, optimorum copia, diues & locuples. E montium visceribus ingentes hauriuntur metallorum thesauri: cacumina vastis syluis, ferarumque multitudine plena: Colles ac cliui frugibus & vineis: Valles fontium ac fluminum aquis irriguæ, armentis & pecoribus refertæ sunt; Itaque Comitatus iste nō solùm Ducatui, verum etiam Regno æquiparari potest, adiunctus fuit Sereniſſi-

enissimę Domui Austriæ anno CIↃCCCLX. à Rodolpho Alberti filio Austriæ Duce. Vrbs primaria Oenipons, vulgò *Inſpruck*, ad dextram Oeni ripam ſedes Principis; Parlamenti Regionum Auſtriacarum ſedes. Habet & Tridentum, *Trento*, Germanis *Trient*, vrbs vetus ad Atheſim fl. *die Etſch*, ſermo Ciuibus partim Germanicus, partim Italicus & quod in limitaneis Ciuitatibus rarum eſt, tam purè vtramque linguam ſonant, vt neque in media Germania, neque

In hac vrbe celebratum est Concilium illud famosum anno CIↃIↃXLVI. sub Paulo III. Fluminibus Regio rigatur duobus præcipuè Oeno & Athesi. Montium hic numerus non est, qui omnis vno nomine Rhetica iuga, seu Rheticę Alpes vocantur, quamuis proprijs deinde nominibus distinguantur. Syluarum quoque hîc magnus numerus est, vti *Grinwald*, *Hofgarten*. *In der Aich*, *Milrinald Foreſt*; *Vnſer Frauen Holtz*. &c.

Est & MARCA TARVISI-

VISINA hodie vernaculè *Marka Treuigiana*, tota regio ſubiecta Venetis. Vrbes Trauiſinæ Marchiæ ſunt Veronia, *Verone*, Vicentia, *Vicenza*, Patauium *Padua*, Taruiſium, *Treuiſo*, & Venetiæ (vulgò, *Vinegia*) multitudinis numero nominatæ: Vrbs modicas complexa Inſulas circiter ſexaginta, ſita eſt in intimo ſini Hadriatici receſſu, medijs in ſtagnis quæ æſtu ſingulis ſenis horis irrigua: adfuſo quo Oriens eſt, pelago, quod tamen ne ſua volentia, vel ira

ira sit noxium, proiectis alijs quibusdam Insulis, tanquam aggeribus cohibitur. Licet non muris, non propugnaculis, non turribus vllis, sit munita, loci tamen natura est tutissima: quam plurimis diuiditur canalibus. Vicis pene omnibus sui sunt riui, coniungentibus ipsos pontibus, ac lapide, lignovè circiter CCCCL. Inter Canales principis loci est, qui vulgò *Canal grande* longitudinis triũ milliarium, qui vrbem totam in duas quasi dirimit partes: circa mediũ, pon-

ontem geſtans viſendũ.
ta commoditas paſſim
rbem vel pedibus per-
urrendi, vel cymbis,
uarũ numerus octo di-
itur millium vulgò *Gon-*
delas vocat. Ambitus vr-
is VIII. circiter millia-
ium: Imperij magnitu-
dine, populi frequentia,
opum ſplendore, merciũ
varietate, illuſtris: inge-
nijs excellentibus, viriſ-
que eruditiſſimis beata:
bonis legibus, laudabili-
buſque inſtitutis ornata.
Frumento quod ex di-
uerſis Orbis partibus ad-
uehitur, vinis multiplicis

generis, inter quæ gene-
rosum illud quod vulgò
maluaticum vocant, alijſ-
que rebus humanæ vitæ
neceſſarijs, ita adfluit, vt
rectè paradiſus delicia-
rum appelletur.

Inter templa pretio-
ſiſſimum illud quod Di-
uo Marco Euangeliſtæ
dicatum auro multis lo-
cis ornatum. Et vt reli-
qua omittam: intra vr-
bem Armamentarium eſt
vulgò *Arſenale*, cuius cir-
cuitus duorum circiter
milliarium; ibi nauis
Bucentaurus oſtenditur,
qua vectus quotannis ad
mari

maris introitum, vbi Castella æstuarij, Princeps, Senatu, Primoribusque Vrbis comitatus, cæremonijs ab Episcopo peractis mare sibi despondet, iniecto ad perpetuandum Dominium annulo aureo, & hæ cæremoniæ singulis annis in festo Ascensionis Domini, magno concursu vndique terrarum aduolantium hominum, maxima pompa, atque magnificentia conficiuntur.

Ciuium frequentia Venetijs planè stupenda:

numerus trecentorũ millium cenſetur. Triplicis ſunt generis Patricij quos penes Imperij & Reipub. adminiſtratio: Ciues, qui Scribarũ, & aliorum honorum munera gerunt: Artifices qui mechanicas exercẽt artes. Præter hos Mercatores innumeri & aduenæ, qui vario cultu ex omnibus mundi partibus eo negotiationis gratiâ confluere ſoliti: Turcæ, Æthiopes, Slaui, Arabes, Syri, Cretenſes, Cyprij, Macedones, Germani, Vngari, Hiſpani, Galli, & alij. Respublica potens

tens est: possidet ea Corcyram in ipso sinus aditu sitam. Tum vicinas Peloponnesо, Cephaleniam, Zacynthum, & Nerigum: inque Ægeo, Zaram, & Cretam. Fluuij insigniores huius tractus Plauis, vulgò *Piaue*, Brenta, Bachilio, sed omnium maximus Athesis: sunt & ibi BRIXIA, MANTVA, & cis Padum PARMA, ROMANDIOLA Iuris est Pōtificum cum FERRARIA ex donatione Pipini & Caroli Magni Regum Francorum. Sequitur postea magnus Ducatus Hetruriæ

truriæ antiquis Scriptoribus tribus potiſſimũ nominibus celebrata : Tyrrheniæ, Etruriæ, Tuſciæ: ex his tribus poſtremum ſanè hodie retinet. *Toſcana* namque vulgò audit; Vrbes nobiliſſimæ ſunt, Florentia, Piſa, Sena, Pratrum, Piſtorium, Volaterræ, Mons Politianus, Aretium, Cortana, Peſcia, Pientia, Mons Alcinus, Liburnum, Plumbinum, aliaque quamplurima Oppida. Ad Summum Pontificem pertinet patrimonium, quod vocant S. Petri, id ab amne

e Peſcia, & à S. Quirico
apit initium, & ad Ca-
aranum vſque Caſtrum
n nouo Latio non pro-
ul ab Liri flu. produci-
ur. Ditionis Hiſpaniarū
Regis ſunt Pontremulū
uxta Macræ flu. fontem,
quod olim Ducum fuit
Mediolanenſium, deinde
portus Herculis, Orbe-
tellum, Mons Argenta-
rius, & Plumbini arx,
Carfeniana, ſeu Graſi-
niana Vallis, ſub Ap-
pennino vltra citraque
Serciam amnem poſita,
in qua Caſtellum no-
uum eſt Granſinianum,

cum plurimis alijs Ca-
ſtellis Viciſque ſub pote-
ſtate Ducis Ferrarienſis.
Florentia Hetruriæ caput
& Metropolis hodie vul-
gò *Fiorenza* vel *Firenza*,
ambitum habẽs ſex mil-
lium, ſupra nonaginta
millia continens incola-
rum æquali loco iacens
ad Arnum, quo interſe-
catur quatuor eximijs cõ-
iuncta pontibus. Muni-
uit eam contra vim ex-
ternam, hoſtiumque in-
curſiones brachijs aliquot
ſuis Apenninus, ſplendo-
re & elegantiâ ſummâ eſt,
vt voce, incertoque vul-
gi

ri sermone feratur, *Fiorenza la bella*, totius flos Italię. Multa hîc cùm sacra tum prophana publica ædificia, quæ breuitatis studio prætereo. Incolæ acuti, graues, facundi, bonarum artium studiosi; pecuniæ sunt studiosiores, cuius conquirendæ desiderio in vltimis etiam terris negotiãtur; Mulieres formâ, pudicitiâque præstantes, earumque, vt & virorum, vestitus supra modum egregius & decorus. Lacus in Etruria visuntur non pauci: Trasumenus.

Liuio, alijsque, Trasimenus Silio, hodie ab vrbe vicina, *Lago de Porugia.* Aprilis lacus Antonino hodie *Fangosa palude.* Marinus qui & Salsus *Lago d'Orbitello* vernaculè. Lacus Vadimonis, Cyminius, Volsinienſis, Sabatus, Palus, Bientina, Ciana. Fluuijs scatet piscium optimorum fœcundissimis, qui sunt, *Arna, Elsa, Tressa, Asso, Albegna, Martha, Negra, Tupino, Folia, Pesa, Era.* Montes hic sese offerunt cùm alij tum Cyminus Liuio Vibioque notus, nec non Virgilio

gilio. Soractis Plinij *Monte de S. Silueſtro*, Syluæ Volſinenſium lucus, Syl-ua Cyminia, Mæſia. Academias habet Piſis, Senæ, & Peruſiæ.

In mari eſt Inſulæ ILVA, cuius vrbs Coſmopolis, condita eſt à Coſmo Mediceo. Tum Tractus SENENSIS, PERVSINVS, ORIVETANVS, PICENVS, MARCHIA ANCONITANA, DVCATVS SPOLETINVS. Poſt hæc occurrit LATIVM, *Compagna di Roma*, in quo Roma,

Sedes Pontificis Max. qui nunc est Vrbanus VIII. & vicina Romæ ostia, Pręneste *Pilastrina*, Tibur *Tiuoli*, Alba *Alba*, Maruuium *Maruo*; sunt & Latio lacus. Hostiæ lacum habet Obsequens. Inter Marinum & Albam longam, lacus est Albanus, eius meminit Liuius lib. 5. hodie *Lago di Castel Gãgolfo*; sunt & lacus vel stagnum Nemotense, hodie *Lago di Nemo*. Iuturnæ lacus. Regillus, hodie *de S. Prassode*. Fucinus, hodie *Lago di Marsos*. Pontina vel Pomptina palus etiã

in

n Latio describitur à
Plinio, nunc *Aufente palu-*
de. Montes præter septem
vrbis Romæ Colles Al-
banus est Scriptoribus
omnibus Græcis, Latinis-
que celebratissimus. Mõs
Cæcubus in sinum Caie-
tanum vsque porrectus;
ab vini quod fert gene-
rositate nominatissimus.
Vestinus, item Algidus,
Auentinus, Lepinus, Ca-
tillus. Populi huius Re-
gionis ad hęc vsque tem-
pora, præterquam in Ci-
uitatibus, plerumque ru-
des, moribusque agresti-
bus, animis audaces con-
fiden-

fidenteſque : viribus corporis non minus quàm olim præſtantes. Roma caput omnium Eccleſiarum dicta , in qua reſidens Papa ſub ſe habet intra Vrbem v. Eccleſias Patriarchales dictas, quæ ſunt Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis : Sancti Petri Monaſterium : Sancti Pauli intra muros vrbis : S Maria Maior : & Monaſteriũ S. Laurentij. His Eccleſis aſſignati Epiſcopi VIII. primũ dicti Archi-presb. Primus & Sũmus Pontifex, reliqui ſub eo. Oſtienſis qui Patriarcha

:ha Campaniæ & Papam
:onſecrat ; huic iunctus
:ſt qui ſequitur Velle-
renſis ſiue Valerienſis ;
Portuenſis ſiue S. Ruffi-
næ & Secundæ ; Sabinen-
ſis, Tuſculaniẽſis, Præne-
ſtinenſis, Albanenſis. Iiſ-
lem Eccleſijs adſigna-
i Presbyteri Cardinales
xxviii. videlicet Titulo
. Crucis in Ieruſalem :
Titulo SS. Ioannis &
Pauli : Tit. S. Stephani
n Celio monte : Titul.
. Suſannæ : Tit. San-
ti Petri ad vincula : Tit.
ſanctæ Priſcæ : Tit. San-
ti Syriaci in Thermis :
Tit.

Tit. S. Marcelli: Tit. S. Balbinæ: Tit. S. Grisogoni: SS. Marcellini & Petri: S. Anastasiæ: S. Clementis: S. Potẽtianę: S. Martini in mõtibus: S. Praxedis S. Marci: S. Laurentij in Lucina: S. Marię in Transtibernia: SS. IV. Coronatorum: S. Sabinæ: SS. Nerei & Archilei: S. Sixti: S. Eusebij: S. Vitalis: Basilicæ XII. Apostolorũ: S. Laurentij in Damasi: S. Cæciliæ. Iisdẽ adiuncti Diaconi Cardinales XVIII. Extra Vrbem in Campania maritima Episcopi,

Agna-

Agnaninus, Alatrinenſis, undanus, Tiburtinus, agninus, Terracinenſis, Verulanus, Feretinus, oranus, Aquinus. Habet tiam ſub ſe Pontifex per lias orbis ditiones IV. Patriarchales Eccleſias, quibus ibi cõſtitutæ Ecleſiæ ſubſunt Conſtantiopolitanam, Alexandriã, Antiochienſem, Hieroſolymitanam. Sequitur CAMPANIA ſiue terra laboris, vulgò *Terra di lauoro*, Caput Campaniæ, Regniq; Neapolitani Metropolis, Neapolis in numiſmatibus dicitur. Nomen

men hodie retinet *Napoli* vulgò audiens. Spatium amplectitur magnum, inter mare colliumque amœnissimorum radices ædificata magnificè: muris firmissimis propugnaculis, turribus, Castellisque, præsertim iussu Caroli V. cuius iam nunc paret nepoti, vt sit quasi inexpugnabilis, munita. Fossas habet LXXX. pedes profundas, portas octo, fora ampla. Fontes publici, ex quibus aqua limpidissima, nunc lanceæ altitudine, nunc duorũ cubitum crassitudine, nunc per centum fistulas prosi-

t, ſunt innumeri. Forma
ſt oblonga, ſeq; in modũ
imidiatæ lunę incuruãs.
Circuitus olim III. nunc
rolato pomerio v. mil-
iarium. Aëre gaudet per-
iolli & placido hiemem
ix ſentit. Ædes hæc vrbs
ùm Diuorũ tum homi-
um habet ornatiſſimas,
rces inuictiſſimas, Aca-
emiam etiam ab Frede-
ico II. Imp. inſtitutã, ad
uam ſtudioſorum ex to-
o Regno fit concurſus.
Habet & Capuam, *Capua*,
bi veterum ſtructurarũ
monumenta, & delicia-
um reliquiæ ſpectantur.

Flu-

Flumina præcipuè sun
Liris & Vulturnus, *Vol-
torno.* Montes sunt Ve-
suuius, *il monte di somma*
Massicus, Falernus, Mon-
dragona. In Regno au-
tem Neapolitano hi sunt
Principatus & Dominia :
Principatus x. *Ascoli*, *Be-
signano*, *Euoli*, *Melsi*, *Mel-
fetta*, *Monchercole*, *Squilaci*,
Sligliano, *Sulmona*, *Venosa.*
Ducatus xxiii. *Andri*, *A-
malphi*, *Ariano*, *Asu*, *Boia-
no*, *Castrouillari*, *Grauina*,
Martina, *Montalto*, *Monte-
liano*, *Nardo*, *Nocera*, *Popoli*,
Rocca di Mondragone, *S. Pe-
tro in Galatina*, *Semmaria*,
Sessa,

essa, Somma, Sora, Taglia-
ozzo, Termoli, Terra no-
a, Traietto. Marchiona-
us xxx. Comit. de ſtatu
.iv. Domini xv. Baro-
ies titulati ccccIII. Ar-
hiepiſcopus Beneuenta-
ius habet Suffraganeos
xxiv. Archiepiſc. Nea-
olitanus habet vi. Ar-
hiepiſc. Capuano parent
uffraganei vii. Archie-
iſc. Amalfitano iv. Ar-
hiepiſc. Salinitano vii.
Archiepiſc. Surrentino v.
Campaniam ſequitur A-
PRVTIVM, *Abruzzo*, ver-
nacule hodie vocant Ita-
i. Hæc Regio Ditionis
eſt

est Regni Neapolitani, cuius caput Aquila: sunt praeterea Guastũ-Amontum, vernaculè *Guasto de Amone*. Plinio, Melæque Histonium, Istoniũ, Ptol. sine aspiratione. Lancianũ, *Lanciano*, celebre emporium, quo quotannis mensibus Maio & Augusto Italiæ, Illici, Siciliæ, Græciæ, Asiæ, & reliquarum mundi partium negotiatores ad frequentissimũ conueniunt mercatum. Solmo hodie *Sulmona*: Vrbs est pulchritudine loci, frequentia populi, aquarum abundantia,

antia, in primis nobilis,
Ouidij Naſonis patria.
Habet & Beneuentũ au-
picatius mutato nomi-
ne, quàm initio appella-
etur Maleuentum à Ma-
o Vento, quem iniurio-
ium & horribilẽ ſæpè pa-
itur, *Beneuenti* vulgò, ſitu
rbs admodum eſt opor-
uno & amœno, ſumma
grorũ bonitate prẽſtans.
Flumina hic Phinternus
quo Samnium ab Apulia
diuiditur, *Fortore* vulgò,
Trintus quod Portuosũ
notat Plin. Aſinella, Sen-
tus, Sangrus, ſunt item
Morus, Feltrinus, Peſcara
Al-

Alternus, Rofentus, Or-
ta, Liberata, Salinus, Plū-
ba, Vomanus, Turdius &
alia. Montes porrò adeò
ſunt excelſi, vt etiam ip-
ſos Apenninos ſuperent,
inter eos mons Virginis
ob B. Mariæ Templum
nominatiſſimus, Maiella
amplitudinis vaſtiſſimæ,
aſcenſu difficillimus, ru-
pibus aſperrimus. Sequi-
tur nunc altera Regni
Neapolitani pars perlu-
ſtranda, in qua primo lo-
co ſe offert Regio, quæ
Latinis APVLIA DAV-
NIA, Italis hodie *Puglia*
Piana, Vrbes hic ſunt &
Oppi-

ppida Mandonia, *Mam-*
edonia, vrbs lauta popu-
óque frequens, in rupe
nus marini quem Gar-
ani montis flexus efficit,
ta ; inuictam ad littus
abet arcẽ. Luceria Op-
idum Episcopale : Nu-
eria Ptol. & Suet. Ru-
era, quæ hodieque pas-
m eo loco priscam do-
ẽt vrbis amplitudinem.
Troia Ciuitas opulentis-
ima, fœcundi agri : Co-
nitatus titulo clara As-
ulum Appiano Alexan-
lrino, vulgò *Asculo* cog-
nomine *Sartriano*. Flumi-
na sunt Aufidus, hodie

l'Ofanto: Candalaris, item & Ceruaria. Est & PVCETIA nunc vernacula Italorum lingua *Terra Barriana*, *Terra di Barri*, Vrbs antiqua ea pulchritudine populique frequẽtia vt Regionis vniuersæ teneat principatum, eique nomen ab se Terræ Barrianæ largiatur; sunt prę-terea Monopolis *Monopoli*, vrbs noua Marchionatus titulo celebris. Polinianum, vel Polinium vulgò *Polignano*, Ciuitas Episcopalis, edita licet, præruptaque, & saxosa in rupe sita, lauta tamen &

opulo frequens. Venu-
ia, Venusium Horatio,
uius patria hodie *Ve-*
osa. Iuuenatium, *Gia-*
enazzo, vrbs Episcopa-
is. Malfeta, vel vt alij
cribunt Marfetta, vel
Morfitta Principatus ho-
lie titulo floret. Vigiliæ
vulgò *Bisegli*, ad littus
præcelsis in rupibus Op-
pidum Episcopale. Tra-
num vulgò *Trani* Ciuitas
Episcopalis. Barulum,
Barleta, vulgò: Inter
quatuor Italiæ Castella
numeratur: sunt item
Bitonto, *Motola*, *Gioca*,
& alia Oppida.

His accedit SALENTINORVM Regio qua & Iapygia, Massapiaque : item Calabria : nunc Italis ab Hydrunte Terra Hydrũtina, vulgò *Terra d'Otranto*. Caput Regionis cui nomen à se præbuit Hydruntum, Strob. Ptol. & alijs Hydrus Melę hodie *Otranto*, vrbs est vetustissima, cælo potitur clemẽtissimo. Præter portum satis capacem, Aquilone flante non satis tutum, arcem habet in saxo quo mari imminet, tutissimã: opus Alfonsi II. Reliquę sunt Gallipolis, hodie

Calli-

Callipolis, aliàs Callipoli, quasi vrbs pulchra. Brundusium vel Brundisium, Breundesium Ptol. Brenzesium Steph. Barnedis Beniamino: hodie Brindisi aërem habet clementissimum. Portus olim illi inclitus, ex quo Romanis tutissimus quondam fuit in Græciam transitus, nunc repletus est: adeò vt vix triremibus per eum currere liceat, ars vbi munitissima. Aletium Ptol. hodie *Leze* vel *Leccie*, vulgò Salentinorum, hodie primaria; Concilio totius Apuliæ, Regio, Foroque

rq́que perpetuò : Procerum totius huius tractus domicilium, multorumq́ue Nobiliũ Sedes. CALABRIAE Inferioris Caput, vt olim ita & hodie Consentia, Strab. Ptol. Græciſq́ue cæteris : *Conſenza* hodie, ſita circa decliuitatem pænè Apennini, colles amplectens ſeptem, quibus maxima vrbis ædificiorum pars impoſita. Ciuitates reliquæ *Manthia, Fredda, Belcaſtro, S. Euphemia, Belmonte, Tropia,* Superioris Metropolis eſt Tarentum, Tarantum Appiano Alexandri-
no :

no: Taras Strab. & Ptol. *Taranto* hodie, Calabriæ quondã & Apuliæ totius Lucaniæ caput L. Floro, ſitus eius notatur in intimo receſſu, Sinus, qui ab ipſa vrbe dicitur Tarentinus. Porro in altera Regni Neapolitani Arch. ſunt XII. videlicet Arch. Regiẽſis, cui ſubſunt Suffraganei nouem. Archi-Epiſcopus Conſentinus, ſub quo eſt Maturanenſis. Archiepiſcopus Roſſanenſis non habet Suffraganeos, Biſignanenſis eſt exemptus. Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ,

ſub quo ſunt quinque. Archiepiſcopo Brundiſino ſubeſt Aſtrinenſis. Archiepiſc. Hidruntinus habet ſex: Archiepiſc. Barenſis habet duodecim: Archiep. Tranenſis tres: Archiepiſc. Sipontinus, duos: nam Veſcanenſis, Toianenſis, & Ropolenſis exempti ſunt: Arch. Cannoſanus ſex: Arch. Ancheronti quinque ſub ſe Suffraganeos habent.

INSVLAE circa Italiam ſunt CORSICA Genuenſium, lõgitudo eius mill. CXX. non excedit: licet Strabo mil. CLX. & Plinius

ius CL. ponat: latitudi-
iem hic LX. mill. facit, il-
e LXX. quod verum esse
x dimensione per circi-
ium constat. Ambitus
ecundum Plinium mill.
CCCXX. secundum alios
ccv. & cccix. secundum
Maginum cccxxv. quod
se per dimensionem exa-
ctam reperisse scribit. In
Oppido Bastia summus
Gubernator præsidiũ ha-
bet. Est & Nebbiũ *Neb-
bia*, Ciuitas cum Comi-
tatu : eam Ptol. Cersu-
num videtur appellasse;
Fluminibus rigatur *Gelo-
ne, Tauignano, Sagona, Ba-*

uono, *Tegiamo*, & nonnullis alijs. Siluis, nemoribuſque quæ reſinam exhibent, montes hinc inde veſtiuntur. Montes verò præcipui ſunt, *Illia-Orba* dicti: *Cheparteno* mons, mons *Tendia*, mons *Gualango*, mons *Ruſſus*. Portus habet binos hæc Inſula ſatis amplos, maximarum nauium capaces, in ſinu qui vocatur Sancti Florentij. Eſt & Sancti Bonifacij portus Ptol. Portus Syracuſanus dictus. Hodierni Corſicæ incolæ etiamnum vti olim habentur homines

pau-

uperrimi, furtis & la-
ocinijs dediti, ac à li-
eris prorsus alieni. Epi-
opi in Corsia Archi-
episcopi Pisani Suffra-
anei, Aiacensis, Ala-
iensis, Sagonensis, Ciui-
atensis. Episcopus Ar-
hiepiscopo Ianuensi sub-
ectus Nubiensis vel Ne-
biensis. SARDINIA *Sar-*
legna hodie Regis Hispa-
niarum. Vrbs primaria,
Calaris vulgò *Cagler* vel
Caleri, sita in monte iuxta
mare Africum respiciens,
portumq; habet amplissi-
mum. In ea Sardinię Pro-
rex ferè semper moratur,

vnà cum Baronibus, Comitibus, & multis diuitibus. Est Oristagnum, *Oristagni* Ciuitas sita in loco plano & parum distans à mari, fuit olim Regio Arborea appellata, nunc autem Marchionatus Oristagni dicitur. Flumina habet multa & amœna, sed non profunda, quæ æstatis tempore vado trãsiri possunt. Ad mores & genium Sardorum quod attinet: corpore sunt robusti, & laboribus assueti, præter paucos luxui deditos. Litterarum studio parum sunt intenti, ve-

nationi

ationi autem deditiſſi-
ni ; multi pecuariã exer-
ent rem, agreſti cibo &
quâ contenti. Archie-
iſcopos habet tres. Ar-
hiepiſcopus Calaritanẽ-
is cui ſubſunt Suffraganei
res. Archiepiſc. Turita-
nus habet ſeptem. Arch.
Alborenſis tres.

SICILIA ante omnes
Mediterranei Inſulas cla-
ritate eminens Thucydi-
di Sicauia Trinacria plu-
ribus ac præſertim Poe-
tis ob tria promontoria:
hodie Regnum eſt & Ca-
tholico Regi ſubiectum.
Thucidides lib. 6. ſcribit
am-

ambitũ Siciliæ non multò minorem esse octo dierum itinere. Plinius in hac Insula vrbes LXXII. numerauit, hodie sunt Ciuitates & Oppida CLXXIII. Magino teste. Regni Metropolis est Panormus Ptol. & alijs Palermum, *Palermo* hodie, Vrbs est vetustissima vti ostendunt Epitaphia aliqua literis Chaldaicis cõscripta, existimatur temporibus Abrahami exstructa; sita est loco amœno & fertilissimo, muris septa altissimis, quod opus est Frederici Regis: secun-

cundum mare arx est,
uæ noſtra tẽpeſtate am-
lificata, quod *Caſtrum*
d mare nominant. Tem-
lum eſt Panormi D. Pe-
ro ſacrum, à Rogerio
ſiciliæ Rege conditum,
quod ſua pulchritudine,
& rerum precioſarum ap-
paratu, cæteris quæ in
Italia nunc vſquam ex-
ſtant, ſeu veteribus ſeu
nouis, meritò præferri
conſtat, quo nomine ab
omnibus qui Panormum
aut inhabitant, aut in-
uiſunt, viris non impe-
ritis modò, ſed inge-
nio etiam, doctrinaque
præ-

præſtantibus, ſumma cũ admiratione ac voluptate frequentatur. Eſt & Gymnaſium publicum & Xenodochium. Reliquæ Ciuitates ſunt Syracuſæ, *Syracuſa*, vrbs quondam maxima, hodie tam amplæ vrbis decora periêre; ruinæ exſtant, & Oppidi partes. *Meſſana* vrbs freto incumbens, cuius incolæ primùm Meſſanenſes poſteaMamertini dicti ſunt; *Catina* quæ etiam *Catana* Gymnaſio hodie celebris, & aliæ vrbes complures : Fluminibus rigatur plurimis, ſcilicet

Maulo,

aulo, Atellaro, Tarra-
ua, Amurelio, Salso,
raina, Peteralia & alijs,
quibus vt & in lacu-
is, mugulum alosarum,
guillarum, tincarum,
troctarum non sper-
nda captura. Montes
æcipui sunt Ætna, &
ryx. Ætna, Celestis
olomna cognominatur
indaro: Tiphoëum eũ
ocat Silius Italicus: ho-
ie *Monte Gibello*, aut *Mon-*
ibello nominant; assiduis
gnibus flagrat; describi-
ur à Virg. lib. 3. Ænei-
dos, Plinio lib. 3. c. 8. Me-
la lib. 2. c. 7. Solino, &
alijs.

alijs. *Erix* maximè me
moratus ob delubrun
Veneris ab Ænea quo
ſcribitur conditum. I
Sicilia Archiepiſcopi Pa
normitanus, cui ſubiect
Epiſcopi Agrigentinus,
Maſarenſis, Mileuitanus,
ſiue Maltenſis. Archiep.
Montis Regalis cui ſub-
ſunt Syracuſanus, & Co-
thanenſis. Archiepiſco-
pus Meſſanenſis, cui Ce-
phaludenſis, Pacenſis,
Liparienſis, Marci, &
Militenſis, nunc *Milaza.*
Atque hæc ſatis de Inſu-
lis, minores ſtudio omit-
to, Gallinariam, Geor-
gonen,

nen , Caprariam ,
lmariolam , appoſi-
m Plumbino, Iſchiam,
ochyten Capreas fæ-
s Tiberij , obſcœniſ-
ie libidinibus decanta-
is. MELITA ad Afri-
am refertur : STIRIA,
ulgò *Stiermarck*, non-
ulli Valeriam dictam
lim fuiſſe affirmant,
Carinthiæ verſus Orien-
em. Marchionatus ho-
lie titulo gaudet , Im-
perioque Sereniſſimæ
Domus Auſtriacæ ſub-
eſt. Diſtinguitur in ſu-
periorem , vbi Muræ
fluuij

Fluuij diuertigium, &
inferiorem, iuxta Drauu
& Muræ confluentes, qua
Panoniæ ſecundæ, ſeu
Hungariæ proxima eſt.
vnde is locus *Am Hũgeriſ-*
chen dicitur. Vrbes Styriæ
ſunt famatæ, Brugæ ad
Muram, ac ibidem Gra-
zium *Graez*, Viana, *Voyt-*
ſperg vulgò, ad Kaynachã
Kaynach, flu. Wolſpergum
VVolſperg, ad Lauandã flu-
uium, Marckpurgum,
Marck purg, Metropolita-
na ad Drani ſiniſtram ri-
pam, atque ex eadem par-
te Petouia ſiue Colonia
Petouia, *Pettau*, vbi Le-
giones

)nes Romanæ fixerunt
lem. Trans flumen Va-
inum, *Veiſtritz*, Caſtra
ariana vocant, Rackel-
rgum, *Rakelſpurg*, Mu-
flu. ſiniſtræ ripæ adia-
t; vbi Sauaria Regio
itium habet. In hac etiã
ilia eſt ad Saui ripam;
bs vti apparet ex veſti-
js antiqua. In Ducatu
iriæ plures ſunt Comi-
tus, inter quos *VVaraſ-*
n, ad Drauum fl. & *Leb-*
au ad Muram fluuium.
luuijs rigatur, *Stizia*,
rauo, *Lauanda*, *Sackan*,
ulmo, *Raynacho*, *Mura*,
Martza, *Rab*, *VVeyſtritz*,
Lauſnitz,

Lauſnitz ac infinitis propemodum torrentibus & riuulis, qui omnes tandem Danubio miſcentur. Montium hic numerus nõ eſt, quare ſingulorum nomina adſcribere vix licet. Omnes penè generali nomine Noricæ Alpes dicuntur. Vnde Alpium adhuc præ ſe ferunt nomina : cuiuſmodi ſunt, *Rauch Alben, Subalben, Saw Alben, Schwanberger Alben*: in confinijs Auſtriæ, Carinthiæ & Styriæ *Taurus* mons eſt : Muræ fluuio Geſacus mons imminet, nunc vulgò *der Scheckel* vocatur,

catur, & *Sattli*; *Man-*
rg, *VVẽſperg*. Iuxta Sal-
n fluuium dicitur, *Ina*
Wruſſel, hoc eſt:, os por-
ium, *Deifelſteig*, id eſt,
iaboli prȩcipitium: Vl-
a Drauum verſus Me-
diem Claudius mons,
inc *Dracimperg*. Prædi-
i montes paſſim, ſpar-
nque ſyluis veſtiuntur:
yrij agreſtes vulgò po-
li ſunt & ſtrumoſi, adeò
uidem ingenti ſtruma
onnulli, vt ipſis loquelã
npediat: & mulier lactãs
lam poſt tergũ perinde
que ſaccum reijciat, ne
fanti impedimento ſit.

Styriani

Styriani cultu & sermone Germani sunt, præter Draui incolas qui Illyrica vtuntur lingua.

SCLAVONIA, Illyrici veteris pars est, sita magna sui parte, Sauum inter & Drauum. CROATIA, Hungariæ vicina est. LIBVRNIA, vicinior est sinui Adriatico: eamque sequitur Austrũ versus. DALMATIA, in qua sunt, Sara, Sebennicum, cum vrbe Spalato, cuius Episcopus M. Antonius de Dominis ad Ecclesiam Catholicam à qua recesserat, reuersus est, ac nu-

per

er Romę extinctus. Ha-
et eadem Dalmatia Stri-
onem, patriam B. Hie-
onymi. BOSENA ad
mnem iacet sui nomi-
is. SERVIA est veterum.
Mœsia superior, adfinis
Macedoniæ ex parte sui
Orientali. WALACHIA
Seruiæ Rasciæque ob-
jcitur ab Oriente: Am-
nem habet Alutam, qui
e in Danubiũ præcipitat
supra Nicopolim. MOL-
DAVIA & PODOLIA te-
nentur à Poloniæ Rege
contra Turcam.

ROMANIA est ipsissi-
ma Thracia, habetque ad

Bosporum Constantinopolim, sedem Imperij Orientalis, quæ antea Byzantium dicta fuit, nunc vocatur *Stamboli*. Et quia eadem vocata fuit noua Roma, idcircò Regio vicina vocatur Romania. Vrbes in Romania præter Byzantium sunt, Pera, Nicopolis ad Nessum flumẽ, Philippopolis ad Hebrũ, Adrianopolis, Traianopolis, Selymbria in littore Propontidis. Bulcaria in extrema Europa inter Hæmum & Danubium sita est. Tauricam Chersonesum quæ *Gaza-*

ria

ia dicitur, insident Tar-
ari Precopenses, subacti
unc à Turca.

In GRAECIA pri-
nò occurrit trans Da-
ubij decurrentis ripam
lexteram, Macedonia,
um Thessalia, inde A-
haia, cum Bœotia, ac
lenique Peloponnesus.
n Bœotia sitæ sunt The-
æ, & Thespia. Ad mare
onium sitæ sunt, Epirus,
Albanie: Acarnania, *Acar-*
anie, & Ætolia. Montes
lecãtatissimi sunt, Athos
Monte Santo, Olympus,
elion, Pindus, Othrys,
n Thessalia : Ceraunij

in Epiro : Parnaſſus, Helicon, Hymettus, in Achaia. Flumina, Strymõ, Alyacmon, Peneus, Sperchius, Achelous, Aſopus. Vrbes Theſſalonica, Philippi, Amphipolis, Pharſalis, aliæque. Promontorium nobile Actium, ad quod commiſſa Pugna Actiaca. Sinus ſunt Acarnanicus, ad quem Olpæ, nunc *Soppote*, Corinthiacus, *Golpho di Lepante*, cui adſidet Naupactus, Sarronicus, *Golfo di Engia*, Thermaicus, *Golfo di Theſſalonica*. Inſulæ in Ionio, Corcyra, *Corfu*, Nerigus,

Ce-

Cephalenia, Naxus, Itha-
a: Zazynthus, inque Æ-
co, *l'Archipelago*, Creta
entum quondam Vrbi-
ous clara, cum labyrin-
ho. Postea Euboea quæ
Euripo disiũgitur à Bœo-
ia. In Ægeo sunt Cycla-
des, quarum notissimæ
Delus & Andros: Spora-
des, in quibus Icaria, Sa-
mos, Pathmos, Claros,
Chios, atque aliæ.

PELOPONNESVS, *la Morée*, Isthmo adhæret continenti: in ea fuêre populi Corinthij, Sicyonij, Elei, Messenij, Lacones, Argiui, & in medio

istorum Arcades. Flumina, Ele, Orum, Peneus, ad quem Pisa Olympica, & Alpheus. Messeniorum Panisus, Lacedæmoniorum Eurotas, ad quem Sparta siue Lacedæmon, Argiuorum Inachus, ad quem Mycenæ. Montes Pholoe, Stymphalus, Taygetus.

IV. AFRICAM veterum nonnulli Nilo ab Asia disiunxêre; nos Sinu Arabico. Est ergo Africa nobis Peninsula, cuius Isthmus est inter Mare Mediterraneum & Sinũ Arabicum: extendit autem

:m se vtrimque trans
topicos, maxima sui
arte subiecta solis ardo-
ibus, sicca, arenosa, ser-
entibus vsque adeò sca-
ens, vt alibi deserta sit,
libi non nisi ab ocreatis
gricolis proscindi possit.
Quæ trans Æquatorem
ita sunt, non describun-
ur à Græcis aut Roma-
is Scriptoribus. Est au-
em in ea statim ab Isth-
no Ægyptus, inde Mar-
marica, & Cyrenaica,
quę & Pentapolis dicitur;
tum Bizacium, & Afri-
ca siue Libya propriè di-
cta: adhæc Numidia,

ac denique Mauritania, &quidem duplex, Tingitana & Cęsarienſis. Ægyptus Nili oſtijs continetur, quorũ extrema ſunt, Orientem verſus Peluſiacum, vbi Damiata; verſus Occaſum Canopicũ, vbi Alexandria & Pharus; loca Francorum Regum expeditionibus clara. Reliquum Africæ latus vſque ad Fretum Gaditanum, vocant vulgò Barbariam: ſuntque in ea emporia, Tripolis, Africa, Tunis, Goleta vicina Carthaginis ruinis, Hippona, *Bona*, Algerium

nec

ec procul à Freto, in si-
u sita est arx *Penon de*
eliz, Gothorum vel Sa-
acenorum opus.

TINGITANA Austrum
ersus Atlante monte e-
minentissimo termina-
ur., versus ortum Malua
luuio separatur à Pro-
incia Cæsariensi: versus
eptentrionem est mare
Mediterraneum: ad Oc-
asum Oceanus Atlanti-
us. In ea sunt montes
Abyle & Heptadelphi.
Regna hodie Fessæ &
Marocci. Fessanum Re-
gnum habet Prouincias
eptem: 1. est Tremizen-

quæ nunc Sæuia, in quæ vrbes olim XL. hodie memorãtur Oranum ad littus, Tremezen, Anafa, Mancora, Rabatum, Mẽzala, Nuchele, Adendum, Tegegiltis, Madarauanium, Dazia, Azarfa. 2. Feſſa, in qua vrbes, Sala, Mequines, Feſſa, quam triurbem meritò dixeris; conſtat enim oppido veteri, nouo, & medio. 3. Aſgaretta, in qua Laracha, Alcazara, Arzil. 4. Habata in qua Ezagena, Beniteudia, Amergo, Tenzerrum, Aguila, Bezatum, Tetuana, Tingio,

&

& Ceuta, quæ veterũ Se-
ta est. 5. Errifana, in
ua Beatis, Vellezum,
Hiellezium, Tagaza, Ge-
a, & Megima. 6. Ga-
etia iuncta regno Tre-
nezen, habetque oppida,
Melilla, quæ Ptolemæo
vocatur Ryssadirũ, Cas-
acam, Teznotam, & Me-
genum. 7. Est Chausa,
vicina Numidiæ, in qua
Teuretum, Dudubum,
Tezara, Ainelginunum,
Mehedia, Vmeginnabe,
& Garcliuum.

MAROCVM creditur
esse Bochi Regia; sunt
qui malint esse Bocanum

Himerum, adſidet autem Tenſiſto flumini, quod Nubienſis Geographus vocat *Tranſiſt*: habuit vrbs ipſa quondã c. millia ædificiorum, portas XXIV. abeſtque non procul ab Agmeti anguſtijs, per quas ad Lamptunias ſolitudines itur. Prouinciæ illi ſubiectæ ſunt ſeptem, inter quas Ducala & Tedela.

CAESAREENSIS Mauritania eſt Salluſtij Numidia: ſed poſt conditam Iuliam Cæſaream iuncta eſt Mauritaniæ: clauditur verſus ortum Ampſa-

mpſaga flumine, no-
enque habet ab Vrbe
rimaria quam hodie vo-
nt, *Alger*. Fuit autem
umidia Maſaniſſæ Re-
is nomine celebris: vr-
es habuit, Iuliam de
ua iam dixi, *Arſenariam*,
uſcibar, *Ruſibirſim*, *Sal-*
as.

In Africa ſiue Libya
ropriè dicta fuêre Hip-
o Regius, *Aphrodiſium*,
tica, *Carthago*, *Tunis*,
Maxula. Syrtes duæ, ma-
or, minorque: Amnes
Rubricatus, Bagrada,
Triton.

BIZATIVM Lybophœ-
nices

nices primi coluere, eſtq; Africę ea pars, in qua duę illæ ſunt Syrtes: vrbs primaria Hadrimettus, fluuius Cyniphs. Cyrenaica ſiue Pentapolis quinque habet vrbes, quarum præcipuæ ſunt Arſione & Berenice. Cæterum confuſis veterum limitibus, auctoque Arabum Mahumetanorum imperio omnia iſta nunc ſubſunt Regi Tunetano, qui ditionem iſtam in quatuor prouincias diſtinxit. 1. Eſt Conſtantina, in qua vrbes nouem, Collobeſus, Ruſcicada, Tacaccia,

ia, Hippo, Biſerta, Con-
antina, Milia, Tifeſa, &
ebera. 2. Tunetana, in
ua vrbes quatuordecim.
tica, quam Itali hodie
ocãt *Porto Farina*, Car-
nago, Tunes, Camartia,
bdirana, Nebilis, Ha-
nametha, Clupea, Hera-
lia, Singul, Monaſteriũ,
abulba, Aphtodiſium,
uſpina. 3. Tripolitana,
ontinet Menigem inſu-
am, quæ Lothophagitis,
unc *Gerbi*: adhæc, Zo-
oatam, Lepidem, ip-
ámque Tripolim Aſia-
icorum coloniam. 4.
Eſt Zebenſis, ad quam
intę-

interiora Africæ Numidiæque pertinent. In hac est mons Atlas, qui ex Marmarica ortus, se in occasum latè spargit, ac iuxta fauces Susi amnis, qui Messam tergeminam vrbem alluit, in Oceanũ se fundit Atlanticum.

Prope Marocũ est Promontorium *Cantin*, & in Oceano Insula Maderæ, & magis Australes, Insulæ Canariæ. Sequitur postea Regnum Gualatę, cum Promontorio Albo, *Cabo Blanco*: cui Austrum versus obijcitur Promontorium Viride, *Cabo Verde*,

, à quo vicinæ Insulæ
ocantur, Virides, *isles de*
abo Verde, Decimo ab
Equatore gradu occurrit
romontoriũ, *Serra Lion-*
a, vti littus in Orientem,
ruatur, habetque Re-
num Guineæ auriferũ,
ub Æquatore est Insula
. Thomæ, cui supra in-
aque adiacent Insulæ,
rincipis, *I sola del Princi-*
e, Anni Boni, *de Anno bo-*
o, vbi iam littus ad gra-
um vsque xxxv. in Au-
trum porrigitur: quo in
tractu est Regnum Con-
o, vel Manicongo, &
Regnum Angola: tum
Pro-

Promontoriũ Bonę Spei,
le Cap de bonne Eſperance.
Vnde ſe iterum littus in
ortum æſtiuum curuat,
extenditque etiam trans
Æquatorẽ vſque ad Pro-
montorium Aromata,
quod vulgò vocant *Cabo*
de Guardafu, & oſtium ſi-
nus Arabici. In conti-
nenti ſunt Monomotapa,
Mozambica, & ad Sinum
Arabicum, Adel, cum
Inſula Zocotora, aloës
optimi feraciſſima, quam
Ptolemæus vocat Dioſ-
coridum. Inſula nobilis
Madagaſcar, ſiue D. Lau-
rentij à Tropico Capri-
corni

rni ad XII. vſque ad
adū ab Æquatore por-
gitur. Interius in Afri-
ſunt, Biledulgerid,
ubia, & Regnum A-
ſſinorum potentiſſimū.
unt autem Regis hi ferè
tuli .·. .·. .·. Supremus
eorum Regnorum, à
eo vnicè dilectus, co-
mna fidei, ortus ex ſtir-
e Iuda filius Dauid, fi-
us Salomon, filius co-
mnæ Sion, filius ex ſe-
nine Iacob, filius manus
Mariæ, filius Nahu ſe-
undum carnem, filius
anctorum Petri & Pau-
i, ſecundum gratiam.

Impe-

